

§. 6. Glof. I.& 2.

*Al magnif. Francesco Numio, Piacenza
fiera de Santi 1614. à 10. Ottobre in Geno-
ua scudi 1000. marche.*

*A pagamenti di fiera prossima de Santi
pagate per questa prima di cambio à voi stesso
scudi mille di marche, per la valuta hauuta
nel cartulario della gabella de cambij dal vo-
stro Francesco Numio di qui, & ponete à con-
to mio. à Dio.*

Lanfranco del Forno.

*A dì detto li N. Tomasso Pinceto, & Gio-
uanettino Bozzo publici mediatori di cambij
hanno riferito per loro giuramento, effer si cam-
biato, pendente detta fiera, per Genoua.*

§. 6. Glof. 2.

Ponete à mio conto.

S V M M A R I V M.

Debitorem ponere quid sit, num. 1.

*Obligatio contra mandantem nisi oriaretur, socie-
tas humana non consenseret, num. 2.*

*Verborum, ponete à mio conto, usus unde
procedat, num. 3.*



DONERE aliquem debitorē nihil aliud est, quām habere illum obligatū pro suo vero debitore, vt satis explicaui supra §. 2. gl. 9. num. 1. & seqq. & ideo hic pluribus non insisto.

2 Nota primo, quod etsi hēc verba videantur superflua, cum obligatio contra mandantem satis oriatur ex natura mandati in vim naturalis rationis, per ea, quæ scripsi supra §. 2. gl. 5. sub num. 358. quia nisi hēc obligatio oriaretur, non reperirentur manda-

& §. 7. Glof. I.

655

à sol. settanta uno per scudo.

*Gio. Maria Pinceto notaro, & di dette fie-
re cancelliero.*

99 QVAE R O quinto, quodnam ius acquiratur campsori creditorī ex litterarum protestatione, de qua dixi num. præced. & §. seq. gl. 2. sub num. 16.

Respondeo, acquiri duplex ius. Primum, vt, facta protestatione, possit agere iuxta ea, quæ scripsi §. seq. gl. 2. sub nu. 3. Secundum, vt, stante protestatione, possit facilius consequi interesse, vel accipere cambio, & recambio expensis debitoris, iuxta ea, quæ scripsi supra §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. nu. 249.

tarij, siccq; cessarent hēc mutua officia, sine quibus humana societas minime consistet; tamen non sunt superflua, quia operantur id, quod scripsi d. glos. 9. num. 3.

3 Nota secundo, quod istorum verborum usus procedit etiam ex eo, quia mercatores, mandantes solutionem, quandoque ordinant mandatario, vt soluat non ad computum mandantis, sed super alio, iuxta ea, quæ scripsi supra §. 2. gl. 5. sub num. 358. & quandoque ordinant, vt ponat debitorem alium, sed tamen soluat super ipso mandante, iuxta formulam litterarum, de quibus supra §. 1. q. 5. sub num. 98. vers. magnifici. vnde, vt clarè appareat quis sit debitor, & quis remanere debeat obligatus pro solutione, exprimi solet in litteris; huncq; ordinem, vt mandatarius soluat super alio, & ponat debitorem alium, dant mercatores, quando debitum, quod soluitur, spectat ad alium, quām ad ipsum mandantem, vt in casu dictarum litterarum, de quibus in d. q. 5. sub num. 98. & in casu, de quo Io. Bapt. Lup. in cap. nauiganti. §. 2. num. 29. de usur. inter tract. diuersi. tom. 7. fol. 139.

De illis verbis, *valuta contami*, quæ continentur in hac eadem formula litterarum, vide quæ scripsi supra §. 2. gl. 8. num. 17.



GIMVS hucusque de his, quæ pertainent ad iustitiam, & iniustitiam negotiationis cambiorum, & de ijs, quæ ad eiusdem negotiationis intelligentiam sunt necessaria, operæ pretium est, vt nunc absoluamus ea, quæ spectant ad ordinem, & modum

§. 7. Glof. I.

S V M M A R I V M.

*Statuta nituntur naturali rationi, quæ parit
ius commune, num. 1.*

Breviores causæ quæ dicantur, num. 2.

Executio parata datur causis cambiorū, sub n. 2.

Causa quando dicatur, num. 3. & 4.

modum procedendi iudicialiter super controuersijs , quæ super hac negotiatione ori- rentur ; & quia hæc cambiorum negotiatio de sui natura celeritatem requirit , per ea , quæ scripsi §.seq.gi. 1.num. 1.& seqq. & su- per ea non est in iure prouisum , neque à Doctoribus est quicquam speciatim tradi- tum , † ideo hunc ordinem pro introductio- ne , & instructione generica sumemus ex sta- tutis localibus , quæ naturali nituntur ratio- ni , quæ parit ius commune , & quia pin- guius cæteris disposuisse videntur statuta Genuensia ; idcirco ea speciatim considera- bimus ; statuta Genuensia lib. 2. cap. 4. ha- bent rubricam *de causis breuioribus* . & in nigro hanc dispositionem.

In causis cambiorum , & recambiorum , de quibus constet per litteras cambijs , scriptas , vel subscriptas , & acceptatas , vel quæ redierint cum protestatione , vel de quibus cambijs , & recambijs constet per partitam , scriptam in cartularijs S. Georgij , vel in cartulario cam- biorum , aut per apodissam priuatam , vel per instrumentum publicum , in quibus expressè fiat mētio , aliquas pecunias fuisse datus cam- bio , vel fuisse solutas alicui , vel de ordine ali- cuius , qui promisisset , de ipsis pecunijs facere litteras cambijs , teneatur Magistratus , pos- quam cesserit , & venerit dies obligationis , & facienda solutionis dicti cambijs ad instantiam creditoris , vel habentis auctoritatem exigen- di cambium , seu recambium , facere præcep- tum debitori , quòd soluat intra horas vigin- tiquatuor , quibus transactis , teneatur licen- tiam expeditam concedere : Si verò cambium , vel recambium peteretur contra curatorem hæreditatis iacentis , vel peteretur , elapsis mensibus sex , postquam cessisset , & venisset dies ipsius , non concedatur licentia , quin prius petens promittat , & idoneam fideiussio- nem præstet de restituendo , quicquid indebitè exegerit una cum damnis , interesse , & im- pensis , ac pœna triginta trium pro cente- nario .

Declarato , quòd supradicta executio possit fieri intra annos quatuor à die termini solu- tionis transacti , & non postea .

Simili modo procedi possit pro consignatio- ne apodissarum cambijs , quæ fieri promisse fuissent .

A prædictis non possit appellari , nec recla- mari , sed sint salua iura in ordinario talia qualia competunt .

2 QVAERO primo , quare hæ causæ , quæ

in hoc continentur statuto cap. 4. lib. 2. vo- catæ sint breuiores ?

Respondeo . licet nostri Doctores eas causas breuiores appellant , quæ sunt mini- mæ , parui momenti , vilisq; æstimationis , vt patet ex his , quæ scripsi in meo tract. de ap- bell.q. 17.num. 14. & latius limit. 40.num. 1. & seqq.

Tamen placuit statuentibus eas vocare breuiores , quæ breui , & celeri manu expedi- ri debent , siccq; breuitatem sumpserunt , non à summa , sed à modo agendi ; vnde , satisfa- ciendo quæsito , cum statuta in his causis exigant breuiores executionem , quām in causis executiuis , vocarunt causas breuiores ad differentiam causarum executuarum .

Hanc eandem celerem executionem con- tra litteras cambijs , quæ protestatæ redeunt ad ciuitatem Bononiæ , concedunt illius ci- uitatis capitula in cap. quanto alle liti. ordi- nando iudicibus , aut consulibus , vel nota- rio , vt incontinenti absque citatione , & in- timatione executionem relaxent , &c.

3 QVAERO secundo , quæ dicatur causa ?

Respondeo , causam dici tam post litem contestatam , quām ante , secundum com- munem opinionem , quam secutus sum in meo tract. de iudic. caus. &c. lib. 2. cap. 2. sub num. 46. & in hoc non insisto , quicquid di- xerit Curt. quem citauit ibidem num. 47. di- cens , causam dici post præstitam satisdatio- nem , & quicquid scripserint alij , quos cita- ui d. num. 46. & cap. 1. nu. 5. volentes , quòd causa , propriè loquendo , dicatur post litis contestationem ; nam indubitata est senten- tia , quòd verba famulantur menti , & non mens verbis ; ideoq; in primis ex mente in- terpretamur verba ; imò hac eadem ratione interpretamur ea secundum subiectam ma- teriam ; recurrimus autem ad verborum proprietatem , & disputationem , quando no- bis & mens loquentis , & ratio subiectæ ma- teriæ deficit , & ita in mille , & eo amplius locis videmus : † Cum autem in isto statuto constet ex subiecta materia , & ex necessa- ria statuentium mente , quòd causa dicitur ante litem contestatam , & ante satisdacio- nem , cum neque litis contestatio , neque sa- tisratio adhibeantur , vana redditur hic Do-ctorum contentio de proprietate nominis causæ : sumitur enim causa in isto statuto pro quacunque controuersia , & petitione judiciali , de cuius controuersiæ nomine vi- de quæ scripsi eod. cap. 2. num. 50. & quòd

statuta

statuta Genuensia ita sumant nomen causæ, tu id obseruare poteris in pluribus statutis, loquentibus de causa.

5 Q V A E R O tertio, quid sit cam-

§. 7. Glos. 2.

De quibus constet per litteras cambij, scriptas, vel subscriptas, & acceptatas, vel qua redierint cum protestatione.

S V M M A R I V M.

Litteræ cambij unde dicantur, remissiue, num. 1. Subscribere est idem, quod scribere, remissiue, num. 2.

Litteræ cambij non acceptatae, vel non reuersæ cum protestatione, non habent executionem, num. 3.

Executio litterarum cambij quo ordine petatur, &c. num. 4. 5. & 13.

Adiectus solutioni litterarum, an possit agere, remissiue, num. 6.

Acceptatio litterarum cambij quotplex sit, remissiue, num. 7.

Debitor litterarum cambij acceptatione litterarum non liberatur, nisi sequatur solutio, num. 8. & seqq.

Litteræ cambij quando dicantur redire cum protestatione, num. 12. An possint redire cum protestatione, si alius velit sine ordine illas solvere, num. 14.

Campsor, si litteras vel non misit, vel non sit protestatus, quid à campsoorio consequi possit, remissiue, num. 13.

Protestatione non facta, quod mandatario oritur præiudicium, remissiue, num. 15.

Protestatio litterarum cambij qualis sit, nu. 16. & 17.

Interesse lucri cessantis an debeatur primum solum, vel debeantur secundum, & ulterius, num. 18. Quod debeatur primum solum, eod. num. 18. in fine, 19. & 20. Contrarium est verum, num. 21. & 23.

Interesse quot modis sumatur, num. 24. Quidver sit, num. 25. In quot dividatur species, num. 26. De singulis eius speciebus, eod. num. 26. & seqq. remissiue.

Interesse alterius interesse an debeatur, num. 33. & seqq. num. 39. & seqq. Resoluitur cum di-

bium, & recambium?

Respondeo, quod huic quæsito satisfeci supra §. 1. quæst. 4. num. 1. & seqq. & num. 38. & seqq.

Extinctione, sub num. 41. vers. resolutiue, & num. 49. & seqq.

Infinitas est cuitanda, num. 20.

Fructus fructuum debentur, num. 34.

Ratio naturalis prefertur legi positiva, sub n. 35.

Sensus certior est ratione, num. 35.

Pœna sunt temperanda, non extendenda, nu. 43.

Interesse eius, quod debetur pro pœna, non debetur, sub num. 41. vers. primus. & num. seqq.

Extenditur primo, etiam si pœna sit conuentionalis, aut legalis, num. 44. Extenditur secundo, etiam si pœna sit adiecta speciei, vel facto, num. 45. Extenditur tertio, etiam si sit adiecta quantitati, num. 46. Extenditur quarto, etiam si is, cui debetur interesse, sit mercator, & solitus negotiari, num. 47.

Interesse pœnale conuentum quando debeatur, remissiue, num. 48.

Interesse alterius interesse in cambijs debetur, & quare, num. 50. & seqq.

Interesse alterius interesse lucri cessantis debetur pro quo quis debito capitalis consistentis in quantitate, num. 56. Secus si consistat in aliqua specie, puta, frumento, & similibus, num. 57. Hoc idem dicimus de interesse damni emergentis, num. 60. & seqq.

Interesse cambiorum semper transit in capitale, sub num. 50. vers. ratio. & num. 51.

Interesse alterius interesse in infinitum qua ratione sit abhorrendum, num. 59.

Interesse an possit excedere summam capitalis, num. 63. & seqq. Conciliantur opiniones, constitudo tamen conclusionem, ut interesse non possint excedere capitale, nu. 69. & seqq. Et quando possit adæquari capitali, num. 83. Et quando possit illud excedere, num. 94. & seqq.

Interesse, secundum aliquos, non potest excedere capitale, quando creditor potest ad sui libitum repetere capitale; secus si non possit illud repetere, quia tunc potest excedere capitale, n. 65.

Distinguendo, ad veritatem propinquius accedimus, num. 66.

L. unica, C. de sent. quæ pro eo, &c. est omnium difficultima, num. 67. & sub num. 70.

Alexander Magnus inexplicabilem nodum gladio abscidit, num. 68.

Inte-

Interesse non potest excedere sortem in casibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, sub num. 69. vers. sit ergo. Qui sint hi casus, declaratur, num. 72. & seqq. Secus in casibus, qui sunt incerti, quia tunc potest excedere capitale, num. 94. & seqq.

Interesse non probatum non debetur, quamvis probata sit mora, sub num. 73. vers. in prima.

Interesse licet non debeatur quando abest dolum, mala fides, & mora, tamen datur actio quanti minoris, num. 74.

Vendens rem vitiosam, sed bona fide, tenetur emptori solum quanti minoris, num. 74. & seqq. Et quando isto casu teneatur eidem cedere actionem, &c. num. 79. Et quando teneatur ad interesse, quod ascendit ad capitale, num. 83. & seqq. Et quando teneatur etiam ultra duplum, num. 94. & seqq.

Verba perfusoriæ, & temerè prolata, non obligant, num. 81.

Interesse, quod processit à dolo, culpa, vel mora contrahentis, & habet certum specificum obiectum ad rem deductam in contractu, potest adæquari sorti, & non ultra, num. 83. & seqq.

Fur ad quod interesse teneatur, sub nu. 94. vers. infero.

Interesse semper est extrinsecum, quia intrinsecum non dicitur interesse, num. 91.

Judices & imperiti tenentur ad damna propter Causidici magnam imperitiam, sub num. 97. vers. infero.



VAERO primo, unde dicantur litteræ cambij, & quæ sit earum natura, & forma?

Respondeo. Prima parti huius quesiti satisfeci sup. §. 1. q. 3. num. 13. vers. litteræ. & secundæ parti satisfeci q. 5. num. 40. & seqq.

2 QVAERO secundo, quare statutum æquiparet litteras scriptas, & litteras subscriptas?

Respondeo, quia paria sunt scribere, vel subscribere solum, vt scripsi supra §. 2. glos. 10. num. 1. dummodo subscriptio correspondet scripturæ antecedenti, quia eo modo, quo correspiciuntur, eo modo habet vim totius scripturæ.

3 QVAERO tertio, quare statutum non loquatur simpliciter de litteris cambij, scriptis, vel subscriptis, sed loquatur de litteris

scriptis, vel subscriptis, & acceptatis, vel quæ redierint cum protestatione?

Respondeo, quia statutum hoc loquitur de concedenda executione pro litteris cambij, & litteræ cambij eam non possunt habere, nisi fuerint acceptatae, aut redierint cum protestatione, vt in diuersis locis hucusque diximus, meritò statutum loquitur de litteris acceptatis, vel quæ redierint cum protestatione; quare pro absoluta huius responsionis intelligentia considero litteras cambij in dupli fine. Primus finis litterarum cambij est, vt probent creditum, & debitum cambij: & in isto fine concludo, quod litteræ scriptæ, vel subscriptæ de per se solæ, & sine alia acceptatione, vel redditu cum protestatione plenè probant, dummodo tamen sint recognitæ; & hoc non habet difficultatem; & statutum non loquitur de litteris ad hunc finem. Secundus finis litterarum cambij est, vt habeant executionem paratam; & in isto fine, in quo statutum eas considerauit, concludo, quod litteræ non possunt habere executionem, nisi fuerint acceptatae, vel redierint cum protestatione; quia debitor, accipiendo ad cambium, facit litteras, & virtualiter promittit creditori, quod mandatarius, seu correspondens ipsius debitoris soluet eas in tali loco, & tali tempore, vt satis colligitur ex ipsis litteris cambij, datis ipsi creditori; & iste est contractus cambij, in quo non est locus pœnitentiæ, per ea, quæ scripsi sup. §. 2. gl. 5. n. 447. & seqq. unde priusquam campsor possit agere contra campsarium ad litterarum solutionem, debet apparere, an illæ litteræ fuerint acceptatae & solutæ, prout inter eos fuit actum, & quando non fuerint solutæ, debet apparere, quod campsor, seu aliis nomine ipsius protestatus fuerit, per ea, quæ dixi d. gl. 5. sub num. 316. 318. & 321.

4 Acceptatis litteris, & non solutis, vel non acceptatis, & ideo redeuntibus cum protestatione, ordo procedendi ad executionem litterarum contra campsarium, qui fecit litteras cambij, & contra fideiussores, si dati sint, est, vt facta recognitione litterarum, seu in contumaciam non recognoscentis pronuntiatis pro recognitis, expediatur execu-
tio; processu secundum stylum Curiæ Genueæ sic in substantia formato. Præcipitur de mandato M M. DD. Auditorum Rotæ ex-
cutiæ Genueæ Petro, vt intra horas 24. secu-
turæ à præsenti præcepto, & limitata à sta-
tuto

tuto Genuæ de causis breuioribus, debeat soluif-
se Francisco scutos 101. 9.9. marcharum, de
quibus in litteris cambij, factis sub die 21.
Octobris 1614. directis Placentiam Titio, &
subscriptis per ipsum Petrum, quæ litteræ ex-
hibentur, & hoc quia redierunt cum protesta-
tione, ut ex ipsa protestatione, facta die 9.
Nouembris eiusdem anni, subscripta per D.
Io. Mariam Pincetum notarium, quæ etiam
exhibentur, & interim compareat ad recon-
goscendum cum iuramento, an dictæ litteræ
sint scriptæ, vel subscriptæ eius manu; oppo-
nendum &c. alias &c. Item quod debeat con-
stituere procuratorem: hoc sit quando citatus
est de dominio extra ciuitatem Genuæ,
sed si sit de ciuitate Genuæ, dicitur: & inter-
rim non recedat in forma &c. alias citabitur
in hostio Palati, & hoc ad instantiam dicti
Francisci: Sed si hoc præceptum fieret ad
instantiam procuratoris Francisci, loco
Francisci diceretur, procuratoris dicti Fran-
cisci, ut constat ex mandato procura sub die
ultima Nouembris eiusdem anni subscripto
per N. notarium, quod exhibet.

5 Notificato per nuntium hoc præcepto,
sit distributio causæ: & citatus potest; si vult;
allegare notarium suspectum; & nuntius
potest quandocunque facere relationem in
calce præcepti, intimasse hoc præceptum,
qua relatione facta, hoc præceptum infila-
tur in actis notarij; & deinde quandocun-
que ad instantiam eiusdem creditoris sit
aliud præceptum sequentis tenoris. Præci-
pitur de mandato M.D. Commissarij Petro,
quatenus die prima iuridica in vesperis com-
pareat coram dicto D.Commissario, & tota
Rota, ad videndum pronuntiari, litteras pro
recognitis, & successuè videndum concedi li-
centiam. Interim reus vel recognoscit litte-
ras; vel non recognoscit, vel negat, esse
manu sua scriptas: Si recognoscit, & non
docet de solutione incontinenti, Rota con-
cedit licentiam; Si non recognoscit, Rota
pronuntiat, haberi pro recognitis, & suc-
cessuè licentiam concedit: Si negat, esse
sua manu scriptas, actor facit articulum ad
probandum litteraturam, & super eo exami-
nat testes, citato reo cum termino ad dan-
dum interrogatoria: Completo examine;
si constat de litteratura, sit nouum præcep-
tum ad instantiam actoris, quod compa-
reat prima die iuridica ad videndum con-
cedi licentiam: & in termino præcepti Rota
concedit licentiam.

Et breuiorem ordinem arbitror seruari in
ciuitate Bononiæ ex capitulis, quæ citaui
in gl.præced.num.2.in fine.

At hic in Vrbe non vidi, instrumentis, &
litteris cābij dari executionem aliter, quām
detur alijs obligationibus formæ cameræ.

6 QVAERO quarto, an adiectus solutioni
litterarum possit agere contra debitorem?

Respondeo, quod huic quæsito satisfeci
supra §. 2. gl. 7. num. 2. & seqq. vbi latè ma-
teriam examinaui.

7 QV AER O quinto, quid, & quotuplex
sit hæc acceptatio litterarum, seu quot mo-
dis fiat?

Respondeo, quod huic quæsito satisfeci
supra §. 2. gl. 5. num. 332. & seqq. vers. de-
clara primo. & num. 358. & seqq. ideo
non repeto.

8 QVAERO sexto, an debitor, qui fecit
litteras cambij, sit liberatus, secuta accepta-
tione litterarum?

Respondeo, quod non, per ea, quæ scri-
psi supra §. 2. gl. 5. sub num. 322. & ita ex-
pressè est declaratum in ciuitate Bononiæ
per cambiorum capitula, in cap. & quando
le dette lettere saranno state accettate, &c.

9 Extende hanc responsonem, vt multò
magis procedat, considerata sola litterarum
acceptatione, quam facit campsor ipse, dum
litteras, in quibus mandatur alicui, vt soluat,
accipit, & recipit apertas de manu sui debi-
toris, quasi videatur vnà cum litteris ac-
ceptare pro suo debitore illum mandatarium
campsarij; quia adhuc campsarius remanet
efficacissimè obligatus pro illo cambio, seu
litteris, vt secutus sum supra §. 2. gl. 5. num.
246. & seqq. vers. secunda. & num. 315.

10 Infertur hinc, quod si mandatarius cam-
psarij interim, antequam ei præsententur
litteræ, efficiatur decoctus, seu ruptus, cam-
psor poterit agere contra campsarium, qui
fecit litteras, vt scripsi d. §. 2. gl. 5. num. 246.
vers. secunda. iunctis num. 244. & 315.

11 Declara eandem responsonem, vt sit ve-
ra, quando acceptatio litterarum non in-
cludit nouationem, quia tunc procedit re-
sponsio, vt acceptatio litterarum nunquam
liberet debitorem, per ea, quæ dixi d. §. 2.
gl. 5. sub num. 315. & sub num. 322.

Secus quando acceptatio aliquarum lit-
terarum induceret nouationem, seu delega-
tionem, quia tunc ex illa nouatione campsa-
rius debitor esset liberatus, vt in casibus, de
quibus copiosè scripsi supra ead. glos. 5. sub
num.

num. 244. & seqq. quod nota pro declarazione capitulorum Bononiæ, quæ citauit sup. sub num. 8.

12 QVAERO septimo, quid sit redire litteras cum protestatione?

Respondeo. Redire litteras cum protestatione dicimus, quando mandatarius debitoris litterarum cambij non acceptat, seu non soluit litteras, & mandatarius creditoris idcirco protestatur contra debitorem de interesse, damnis, & impensis; & deinde remittit easdem litteras cū protestatione ad creditorem, qui tunc poterit agere contra debitorem, vt dixi supra sub num. 3. alias si ille mandatarius, seu procurator creditoris non faceret protestationem, litteræ peculiaři loquendi modo dicerentur redire inanes; essent enim inanes in solutione, & in protestatione.

13 QVAERO octauo, an creditor, qui dedit cambio, & non misit litteras, vel si misit, redierint inanes sine protestatione, possit nihilominus agere contra debitorem vigore instrumenti, seu apodissæ, seu extratus cartularij S. Georgij, cum de cambij contractu his omnibus modis apparere posse, dixerim supra §. 1. q. 5. num. 10. & seqq. & num. 15. vers. secundus. & num. 17. vers. tertium.

Huic quæsito satisfeci in gl. seq. num. 8. & seqq. ideo non repeto, vide ibi.

14 QVAERO nono, an litteræ possint redire cum protestatione, si alias sine ordine velit eas liberè, vel supra protestu soluere?

Respondeo, quod non, quia creditor non potest protestari litteras contra debitorem, nisi in casu, quo litteræ sibi non soluantur: vnde si supponamus, eas solui, euanscit difficultas.

15 QVAERO decimo, si procurator, seu mandatarius, cui soluendæ sunt litteræ, & non soluuntur, non protestetur, præiudicium cui causabitur?

Huic quæsito satisfeci supra §. 2. glos. 5. num. 318. vers. extendit secundo, ideo hic non repeto.

16 QVAERO undecimo, quæ sit forma protestationis, quando litteræ non acceptantur, seu non soluuntur?

Respondeo, distinguendo duos casus.

Primus casus est, quando protestatio fit in nundinis: & isto casu, formula, quam saepius vidi, est illa prorsus, quam posui §. præcedenti glos. 1. num. 98. mutatis mutan-

dis, vt in sequenti formula extensa.

Al nome di Dio sia; l'anno mille seicento quattordici, correndo l'inditione duodecima, à dì quindecì di Nouembre, constituto alla presenza di me Gio. Maria Pinceto notaro, & cancelliero infrascritto, & de testimonij sotto nominati, il Mag. Francesco Numio dimanda al Mag. Antonio Bezado pagamento di scudi mille d'oro di marche, per lettera di Roma di Pietro Paolo Lupo, risponde nō volerli pagare, laqual risposta fatta, detto mag. Francesco Numio per ogni miglior modo, ragione, via, & forma, per li quali meglio ha potuto, e può, solennemente, & debitamente ha protestato, & protesta contra detto Pietro Paolo Lupo, & qual si vogli suoi beni, & contra tutti coloro, quali per detto cambio, & debito fossero obligati, & altri, a quali aspetta, & appartiene questo cambio, e debito, e che poteſſe spettare, & appartenere così al presēte, come in l'auenire de tutti li danni, & intereffi, missioni, cambij, recambij, spese fatte, & da farſi in l'auenire per detto mag. Francesco Numio, per non eſſerli stata pagata detta partita, pendente la fiera de Santi, fatta nella presente Città di Piacenza, e pigliare detta partita a spese, danni, & intereffi di detto Pietro Paolo Lupo, o altri, a quali detto cambio, e debito appartenesse, o poteſſe appartenere in qual si voglia modo in l'auenire, à cambio, e recambio, o per Roma, o qual si voglia parte del mondo, delle quali cose detto mag. Francesco Numio ha richiesto me già detto notaro, & cancelliero, che le ne facci pubblico instrumento, il quale li ho dato sotto questa forma, fatto in la detta Città di Piacenza l'anno, inditione, mese, & giorno predetti, presenti Scipione Panatero, & Alessandro Capponico, testimoni chiamati; segue il tenor della lettera.

Al magnif. Sig. Antonio Bezado, Piacenza fiera de Santi.

1614. à dì 5. Ottobre in Roma, scudi 1000. marche.

A pagamenti di fiera prossima de Santi pagate per questa prima di cambio scudi mille di marche al Mag. Francesco Numio, cambiati con il Sig. Gio. Rotoli, & ponete come si auisa.

Pietro Paolo Lupo.

A dì detto li N. Tomasso Pinceto, & Giovanettino Bozzo publici mediatori di cambij banno riferto per loro giuramento, eſſerſi cambiato, pendente detta fiera, per Roma à ducati cento due per scudi cento di marche.

Gio.

Gio. Maria Pinceto notaro, & di dette fere cancelliero.

17 Secundus casus est, quando hæc protestatio fit in alijs locis, puta, in ciuitate Genuæ; & tunc seruatur eadem forma, mutatis mutandis, sed hanc protestationem in ciuitate Genuæ debet præcedere præceptum, de quo in eius statutis lib. 4. cap. 15. §. prohibitum.

18 QVAE R O duodecimo, an cambiorum lucrum, seu interesse, de quo in protestatione, posita supra sub num. 16. debeatur primum tantum, vel etiam secundum, & deinceps.

Antequam ad huius quæstionis resolutionem deueniam, præmitto, quod hæc quæstio, & quæ ei connexa sunt, pendent à l. vnicæ, C. de sent. quæ pro eo, &c. quæ est vna de difficultoribus totius C. & habet materiam profundissimam, & longissimam, & est ita obscura, sicut alia, quæ sit in corpore iuris, & amplectitur mare amplissimum, in quo pauci sine periculo nauigarunt, & propter eius subiectam materiam turbatur totus mundus, ut ex Bar. Bal. & alijs sequitur Rebuffi in eiusdem l. præfatione, num. 1. & quare turbetur, rationem reddo, quia illa duo pronomina, *meum*, & *tuum*, quæ turbant otium humanum, ut dixi supra §. 1. q. 1. num. 41. processerunt ab interesse, quod est materia dictæ l. vnicæ, eiusdemq; legis difficultatem, & obscuritatem extollit etiam Cagn. in ea, num. 1. & non esset in mundo statutum ita obscurum, sicut est ista lex, refert Cyn. quem cito infra num. 67. imò aliquos propter magnam difficultatem, & legi & legislatori obstrepere, retuli ibidem, & malè fecisse Imperatorem, qui non expressit casus huius legis, scribit idem Cyn. quem retuli infra num. 70.

Verum aliis in ead. l. num. 6. hac tanta difficultatis, atque formidinis exclamatio ne, qua ipsi cæteros terriere videntur, patuifacta; difficultatem, non ex lege, sed ex ipsorum imperitia processisse audacter affirmat, dicens, quod hæc l. nullam obscuritatem, aut difficultatem in se continet, nec ullam omnino, dissonantiam cum reliquis iuribus, innumeras autem, inquit, ambiguitates, & contrarietas, quas hucusque Gl. & Doct. inuenierunt, non in legibus ipsis inuenierunt, sed ex se se inuenierunt, & postea, inquit, ex hoc nouo, breuiq; veritatis sermone patere, hydram illam hæc tenus inuictam,

quæ omnium Doctorum ingenia tot seculis torsit, vt, uno capite sublato, plurima renaserentur, prorsus enecatam, & abolitam, multaq; alia similia tangit sub num. 1. 7 sub num. 13. 17. 18. 21. & seqq. 37. in fine, 38. & sub n. 40. quæ, cum ad sui ingenij, & doctrinæ ostentationem, aliorumque vilipendium, tendant, omitto.

Huius Doctoris verba displicuerūt Rebuffo, qui propterea in præfatione eiusdem l. sub num. 2. alibi initio, de eo intelligens, vt arbitror, multa contra eum contumeliosa protulit verba, ex quibus etiam verbis coni cere licet, qui sit ille Doctor. Sed Rebuff. si eius pace dictum, debuisset diluere ea, quæ hic Doct. adducit cōtra sententias aliorum; alioquin videntur confirmata, cum ei videatur defecisse responsio, & defecisse conjecturare licet, quia etsi Doctor iste nimis audacter, periculax, ac refractariè videatur locutus, & modestius loqui debuisset, tamen, si veritatē amamus, eruditissimos in ea l. commentarios edidit, & in hoc emēdandus non erit, quod Imperatoris legē à tot Doctorum querelis validè nititur vindicare, & studiosis animum facit; in reliquis autē horum commentariorum auctoritas nec à me citabitur, nec ab alio citanda est, donec superiorum iudicio ad publicam emendentur utilitatem, ubi emendatione opus fuerit.

Hoc præmisso, respondeo ad quæsum, distinguendo duos articulos.

Primus articulus est, de interesse lucri cessantis.

Secundus est, de interesse damni emergentis.

Venio ad primum articulum, de interesse lucri cessantis; & quod solidiorem habeamus resolutionem, formo duas opiniones.

Prima opinio est negativa, quod cambiorum lucrum, seu interesse debeatur primum tantum, siccq; pro primo anno, seu pro prima negotiatione, & non pro annis successi uis, hancq; opinionem in puncto iuris videntur secutus Curt. Iun. in d. l. vnicæ, col. 19. & seqq. C. de sent. quæ pro eo, &c. licet relinquit maturius cogitandum.

Confirmatur primo hæc opinio, quia alias daretur processus in infinitum, & infinitas est evitanda, l. vnicæ, C. de sent. quæ pro eo, &c. nam si debetur aliud, quam primum, sequitur, quod eadem ratione debeatur aliud, quam secundum, & sic deinceps sine fine, quia in infinitate non reperi-

tur profundum, Rebuss. in d.l.vnica, not. 1. initio, vers. ideo in eis. quam confirmationem pluribus ampliationibus, & limitationibus exornat ibidem num. 3. & seqq. hacq; ratione eui andæ infinitatis vtuntur Bat. cons. 303. ad evidentiam. sub num. 3. vers. quæro utrum. lib. 1. in impressis Lugduni ad signum Leonis anno 1559. & alij, dum tenent, pacto retrouendendi quandocumque, & in infinitum, præscribi adhuc spatio triginta annorum, vt secutus sum infra glos. 7. sub num. 3. illat. 1.

20 Confirmatur secundo, quia licet in solito negotiari consideretur interesse etiam lucris cessantis, tamen considerandum est primum lucrum, quod immediatè considerari potest ex mora, non autem debet attendi, quod si rem debitam habuisset, illam vendere potuisset, & rufus ex illis pecunijs lucrari: talis enim discursus fieri non debet circa interesse, quia res procederet in infinitum; hæc sunt, quæ obscurè, non clare se explicando, scripsit Dec. in cap. 7. cum venerabilis. num. 61. vers. sed retenta communi. de except. quem sequuntur Gabr. in concl. lib. 3. tit. de solut. concl. 10. num. 5. limit. 2. dicens, posse peti lucrum, quod quis principaliter fecisset, non autem, quod secundario, Stracch. tract. de mercat. par. 4. tit. de contract. mercat. num. 4. tom. 6. par. 1. fol. 298. & Rot. Genuen. decis. 87. ioannes Stephanus. num. 8. in fine.

Consolidari videtur hæc confirmatione, quia hac ipsa ratione, ne reiteretur interesse, Theologi, vt plurimum, damnabant recambia, vt scripsi supra S. 1. q. 7. par. 1. n. 98.

21 Secunda opinio contraria precedentem est, quod interesse debeatur non solum pro primo anno, sed etiam pro sequentibus; & hanc opinionem, testando eam practicari, sequitur Cagn. in d.l.vnica, num. 45. in 2. dubitatione, quem videntur fecuti Gabr. d. concl. 10. in fine, lmit. 3. sub num. 6. & Ioan. Bapt. Lup. in l.curabit. §. 6. sub num. 19. vers. sed contrarium. & num. 20. vers. sed aduentendum. C. de act. empt. inter tract. diuers. tom. 7. fol. 121. dum recitat in effectu tres concuscas Cagnoli conclusiones. Primam, quod interesse debeatur non solum pro primo anno, sed etiam pro omni tempore, quo durabit mora. Secundam, quod istud interesse debeatur ad rationem decem pro centenario. Tertiam, quod debeatur etiam interesse alterius interesse, & postea impugnat

has duas postremas tantum, & sic admittit primam; hæcq; opinio in cambiorum interesse, de quo loquimur, videtur approbata in Vrbe, dum, sedentibus Pijs IV. & V. fuit ordinatum, vt mercatores non possent partitas cambire, & augere, sed eorum interesse liquidaretur ad certam summam pro primo anno, & ad aliam minorem pro sequentibus annis, vt retuli supra S. 1. q. 7. par. 1. num. 55. vers. imò.

Comprobatur primo hæc opinio ex sententia eorum, qui tenent, deberi interesse alterius interesse; ita vt primo anno, seu alio primo termino debeatur capitale cum interesse, & secundo termino debeatur tam interesse illius capitalis, quam interesse illius interesse decursi pro primo termino, & sic deinceps, conuertendo semper interesse, & interesse alterius interesse in capitale, vt retuli infra num. 33.

22 Comprobatur secundo, quia si interesse debetur propter moram qualificatam, & ista mora qualificata ita stat in primo anno, sicut in sequentibus; ergo ita debetur pro primo anno, sicut pro sequentibus.

Retenta hac secunda opinione, quam in interesse cambiorum seruant vbique campores, & præcipue Genuenses, nulla admissa vñquam controversia. Respondeo ad Dec. quæ pro cōtraria opinione citauimus sup. nu. 20. in secunda confirmatione, quod etsi obscurè locutus sit, tamen voluit dicere, quod non debeatur interesse alterius interesse, alias certè videretur ineptè locutus, & ita eum citauimus infra num. 39. nec valuit dicere, prout eum intellexit Cagn. in d.l.vnica, sub num. 46. vers. tertio quia. versus finem, C. de sent. quæ pro eo, &c. videlicet, quod bis peti non potest interesse eiusdem rei, quia non beat quis velle duas molituras. (vt vulgo dicitur) ex eodem sacco frumenti; de hoc enim nulla poterat esse dubitatio.

Aduerte primo, quod etsi Doctores loquantur de interesse, seu lucris annualibus, id est in primo, & successuis annis, tamen idem est in lucris non annualibus, sed breuioribus, vt in lucro cambiorum, iuxta numerum nundinarum, de quibus scripsi supra S. 2. gl. 4. num. 3.

24 Aduerte secundo, quod interesse sumitur multis modis, quos enumerat Rebuss. in l.vnica, in præfatione. num. 69. & seqq. in 3. quæstione, vsque ad num. 78. inclusi-

uè. C. de sentent. quæ pro eo, &c.

25 Aduerte tertio, quod interesse à nobis sumi debet pro quadam damni emergentis, aut lucri cessantis æstimatione, quæ sit pecunia, qua res regulariter æstimantur, Rebuff. d. iun. 78. nam interesse refertur ad damnum, & ad lucrum, l. 13. si commissa. ff. rem rat. hab. quantum mihi abest, quantumq; lucrari potui, & ulterius non insisto, quia varias interesse definitiones, deq; eis controversias recēsere; esset magis laboriosum, quam vtile; refero solum, quod contra Glos. definiēt, interesse esse damnum, emergens, insurgit Iacob. de Rauen. dicens, hoc non esse verum, imò falsissimum; nam, inquit, petens interesse, peteret damnum, vt refert Cyn. in d.l. vnica, sub num. 12. &, defendendo Glossam, & reprehendendo Iacob. de Rauen. quod phantasticè, & irrationabiliter locutus sit, & sit truffa, dum dicit contra Gl. petis interesse, petis damnum, damnum petis, damnum habes, scribt Bal. in d.l. vnica, sub num. 9. col. 2. vers. venio ad gl. si tamen multas definitiones libeat vide re, eas inuenies apud Rebuffum in d.l. vnica, in gl. prout. num. 7. vers. in tertia parte. sub num. 11. vers. quinto inæstimabile. num. 21. 22. & 23. vbi plures plurium definitiones, impugnationes, & concordiam ponit.

26 Aduerte quarto, quod hoc interesse diuiditur communiter in tres species: Prima dicitur interesse conuentum, seu conventionale: Secunda dicitur interesse commune: Tertia dicitur interesse singulare; Gl. 1. & in verbo, dupli. & ibi Doct. in d. l. vnica, C. de sent. quæ pro eo, &c. & in hac triplici specie, re subtiliter, & plenè discussa, residet Dyn. in breui tractatulo de interesse, num. 11. vers. nunc respondeo. & num. 12. & 13. tom. 5. fol. 7. hancq; diuisionē esse communiter receptam, & ab ea Dynum non discessisse, scribit etiam Alc. in d.l. vnica, sub num. 27. & 28. inter tractat. diuers. tom. 5. fol. 10. alij tamen sunt, qui hanc diuisionem reprehendunt, eo quod in nostra subiecta materia, de qua agimus, interesse semper sit casuale, & singulare ipsi damnificato, & ab eo specialiter, & particulariter ex causis suis, & circumstantijs particularibus, quæ semper singulares sunt, sit probandum; quare, diuisionem totius interesse reducunt ad hos terminos, à iure introductos, videlicet, res principalis, seu eius æstimatio, item causa rei, quæ est accessio naturalis, vel quasi vti-

litas circa rem, quæ est æstimatio quanti plurimi à tempore moræ, & interesse, specialiter sumptum, quod est damnum extrinsecus incursum, vel lucrum amissum: sed, quicquid isti scripserint, & quicquid contra eandem diuisionem, firmando, interesse esse unum tantum, scribat Ant. Fum. tract. de eo quod interest. num. 13. & seqq. præfertim num. 15. & sub num. 20. tom. 5. fol. 15. ego, quia tota hæc disceptatio videtur inutilis, non discedam à præfata tripartita diuisione communi, quamvis tertiae speciei, nempe interesse singulari repugnare videatur, quod scripsi inf. sub nu. 89. in 1. motiuo.

27 Interesse conuentum, omissa disputacione, & evitata obscuritate, est pecunia, conventione partium promissa in defectum primæ conuentionis non completa, & pecunie appellatione intelligo omnem rem; quare, si domum tibi vendo centum, &, si non tradidero, promitto quinquaginta pro eo, quod interest, & non tradam, tu poteris agere ad quinquaginta promissa, Rebuff. in d.l. vnica, in gl. 1. num. 57. & seqq. iunctis, quæ scribit num. 55. & 56. fol. 392.

28 Interesse commune est æstimatio damni emergentis, aut lucri cessantis, communiter facienda ab omnibus, rei notitiam habentibus propter factum iniustum, vel cessationem iniustum; quare si mutuauerim tibi vinum, quod debebas reddere Kalendis Iulij, non reddis; postea vinum valuit decem aureis; Iudex condemnabit te ad reddendū vinū, quod si tempore sententiæ valeat solum quatuor, cōpellet te ad reddendū sex aureos ultra vinū, Rebuff. in d. gl. 1. nu. 82. & seqq. adde quæ scripsi infra nu. 104. alias tamen posuit descriptiones nu. 81. quas impugnat.

29 Interesse singulare est æstimatio vtilitatis singularis, ob factum alterius iniustum, vel cessationem proueniens; quare, si commodauerim tibi librum meum, plenum apostilis, & remissionibus: non reddis; debes condemnari non tantum ad pretium commune libri, sed ad vtilitatem singularem meam, vt latius explicat Rebuff. in d. gl. 1. num. 87. & 88. plures tamen alias descriptiones, quas poteris videre, ponit ibidem num. 85. & 86.

30 Reliquas interesse species, quas Cyn. Bar. & alij posuerunt in d.l. vnica, & præfertim Iacob. Renal. qui cumulauit viginti, & octo, videlicet octo secundum substantiam, & reliquas secundum accidens, videntur inutiles, vt censuerunt alij in d.l. vnica,

num. 7. in fine, & num. 12. & 13. ideo eas prætereo.

Indicabo tamen, vbi tu, si velis, possis eas videre.

De interesse affectionis vide eundem Rebuff. d. gl. 1. num. 89. & seqq.

31 De interesse, proueniente ex delicto, ex quasi delicto, ex contractu, ex quasi contractu, vide eundem Rebuff. in d. gl. 1. nu. 128. & seqq. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo, &c.

32 De interesse publico, & priuato. De interesse yltionis. De interesse pudoris; vide Rebuff. in d. l. vnica, in gl. 1. nu. 132. & seqq. num. 141. & 143. De interesse circa rem, quod vocant intra rem, & intrinsecum, & extra rem, quod vocant extrinsecum, seu remotum, vide eundem num. 149. & seqq. & de alijs speciebus, ne prolixior sim, vide eundem num. 144. & seqq. & demum omnes species, & quotquot sunt, resolui in illas tres, de quibus supra nu. 26. scribit Alc. in d. l. vnica, num. 27.

33 Extende nunc eandem secundam opinionem, quam tenuimus supra num. 21. vt non solum debeatur primum, secundum, & ultius interesse, vt dixi, sed debeatur etiam interesse primi interesse, & sic deinceps, ita vt debeatur interesse alterius interesse, tam prima, & secunda vice, quam alijs futuris vicibus, Ruin. cons. 103. quamuis. num. 4. vers. sed tamen præmissis. præsertim in vers. non obstat. lib. 1. & cons. 55. de obligatione. versus finem, sub nu. 20. vers. secundo etiam. lib. 2. Cagn. in l. vnica, num. 45. & 46. vers. nunquid. C. de sent. quæ pro eo, &c. & in l. curabit. num. 69. C. de act. empt. Rot. Genuen. in hoc sibi parum constans decis. 134. in Dei nomine. num. 3. in ultimis verbis, & num. 4. & quòd ista sit veritas, sæpè consuluerit, obtinuerit, & viderit iudicatum, scribit Cagn. in d. l. curabit. sub nu. 69. & quòd ita sæpe fuerit obtentum, & per Senatum Sereniss. Ducas Sabaudiæ iudicatum, præsertim in causa Ghignorum de Chorio, & Scarallæ ciuis, & mercatoris Sauonæ contra Garexium, in qua causa, 1200. aureos, lapsu annorum vigintiquinque ad rationem decem pro centenario, computato etiam interesse alterius interesse, ascendisse ad summam aureorum 24. millium cum expensis, refert idem Cagn. in d. l. vnica, sub num. 46. vers. ultimo non obstat. hanc sententiam, alijs citatis, sequitur, & defendit Menoch.

tract. de arbitr. iud. cas. 119. reuocauit. num.

31. & seqq. vers. dubitatio. c. et. 6. & quòd ho- die adeo apud homines grassetur auaritia, & lucri cupiditas, vt usurarum usuræ semper in infinitum ageantur, quo usque reddatur sors principalis, & qui hoc reprehedit, quasi ridiculus exhibetur, atque explodatur, testatur Bonini. tract. de vendit. ad temp. cap. 3. num. 16. in fine, & num. 17. & ita passim in interesse cambiorum, seu ad eorum rationem seruant, sine ullo dubitandi motu, Genuenses; quinimò ipsi de hoc quandoque conueniunt per pactum expressum, his verbis in eorum idiomate conceptum; che pos- si chiuire, & rechiuire, vt habes in instru- menti formula, quam posui supra S. 1. q. 5. sub n. 14. & ab hac extensione, & praxi non videtur multū distare multiplicatio, quam seruant hic in Urbe, vt dixi infra num. 54.

34 Confirmatur primo hæc extensio, quia vbi sunt restituendi fructus, veniunt etiam fructus fructuum, Gl. 1. in l. 12. sed & partus. ff. quod met. caus. & quòd petens aliquid cù omni causa, dicatur petere etiā partus par- tum, & fructus fructuum, qui non venirent sub simplici appellatione fructuum sine illis verbis, cum omni causa, scribit Alex. in l. cum fundus. initio, & num. 1. ff. si cert. pet. & quòd ex fructibus possint procedere fructus, sic- què ex interesse aliud interesse, ostēdi inf. n. 54. & 55. & quòd in actione pro socio, lucro, quod est accessio, detur alia accessio, quia hæc accessio non præstatur, vt usurpa, sed, vt interesse, scribit Gl. in l. 61. socium qui in eo. in verbo, labeo ait. ff. pro soc. & adde quod scripsi supra S. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 137. restrict. 4.

35 Confirmatur secundo, quia vbi dubita- tur de intellectu legis, recurrendum est ad rationem naturalem, vt sequitur Rebuff. in d. l. vnica, not. 11. num. 6. vers. & quando. C. de sent. quæ pro eo, &c. imò sicut querere rationem, vbi habemus sensum, est infirmi- tas intellectus, vt ex Auerroe sequitur Bal. cons. 360. quia questio ista. num. 3. lib. 3. & ex eo Rebuff. d. not. 11. num. 4. vers. & quæ- rere. ita etiam vbi habemus rationem natu- ralem, superfluum videtur querere legem- positiam, quia lex positiva debet muniri ratione naturali, Rebuff. d. not. 11. num. 1. & bene ad hoc text. in cap. 5. consuetudo. dist. 1.

36 Sed interesse debetur de iure naturali, vt securus sum supra S. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 96. & debetur propter culpam, & mo- ram

ram debitoris, & ista mora, & culpa debitoris non magis potest considerari in primo interesse capitalis, quām in interesse alterius interesse; vt, posito exemplo, declarat Cagn. in d.l.vnica, sub num. 46. vers. tertio quia... ergo, si non haberemus legem posituam, quæ clare hunc decideret articulum, debemus recurrere ad istam rationem naturalem.

37 no Confirmatur tertio, quia ita debetur interesse lucri cessantis, sicut damni emergentis, vt scripsi supra §. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 269. sed interesse damni emergentis debetur omni ex parte, vt dixi infra num. 61. & 62. ergo & interesse lucri cessantis.

38 Confirmatur quarto, loquendo de interesse cambiorum, quia contractus cambij est contractus emptionis, & venditionis, vt dixi supra §. 1. q. 4. num. 21. vel saltem ab eo sumit regulam.

Sed in contractu emptionis, & venditionis mercium venditor potest vendere Titio mercem in summo pretio, & postea potest ab eodem reemere in infimo pretio, vt secutus sum supra §. 1. q. 1. sub num. 572. & demum, si idem Titius ex interuallo denuo indigeret eadem merce, & eam vellet emere, & similiter adessent tria pretia, posset idem venditor eidem vendere in summo pretio, quamuis excederet primum, quo vendidit in prima venditione; quod si idem Titius postea vellet reuendere, posset idem venditor reemere etiam infimo pretio, quamuis esset magis infimum, quām fuerit primum, quo reuendidit in prima reuenditione, & sic deinceps, dummodo illa pretia summum, & infimum sint ex illis tribus pretijs iustis, de quibus dixi d.num. 572. & supra §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 10. num. 101. & dummodo omnia fiant bona fide.

Ergo in contractu cambij per eiusmodi emptiones, & reuenditiones potest semper augeri sors, seruata iustitia pretij.

39 Contra hanc extensionem; quod enim interesse alterius interesse non debeatur, tenet Rebuff. in l. vnica, in gl. in verbo, dupli. sub nu. 2. vers. præterea interesse. & Bologn. num. 20. & 21. C. de sent. quæ pro eo, &c. Io. Bapt. Lup. in l. curabit. §. 6. sub num. 20. vers. sed aduertendum. ibi, similiter dum. C. de act. empt. inter tract. diuers. tom. 7. fol. 121. Rot. Genuen. sibi in hoc parum constans, decis. 87. ioannes stephanus. num. 8. in fine, & num. 9. Rot. diuers. decis. 315. diu fuit. num. 8. par. 2. & hoc sentit in effectu Dec.

quem citauit supra num. 20. & 23. & quod si fructus petantur, vt interesse, non veniat in hoc interesse, si quid creditor, fortè mercator, ex negotiatione fructuum, vel pretij potuisset superlucrari, sed tantum æstimatio fructuum, quia non datur accessio accessionis; cæterum, si non de simplici cessatione, sed de mora dolosa constaret, tunc fieret æstimatio fructuum, non communis, sed quanti plurimi suo quoque anno dunitaxat valuerunt, scribunt alij in d.l. vnica, num. 216. & quod mutuatarius, qui teneatur ad interesse mutui, teneatur solum ad interesse propinquum, & non ad interesse remotum, ideoq; si mutuator erat empturus gallinam, à cuius emptione cessauit, vt mutuaret, & ex gallina erat suscepturus oua, & ex ouis sperabat pullos, & pullas, ex quibus sperabat alia oua, & sic deinceps, mutuarius teneatur solum ad primum interesse, quod est proximum, & non ad secundum, quod est remotum, quod procederet in infinitum, & ita etiam dicendum sit in interesse damni emergentis, scribit Medin. in suis tractat. tom. 2. tit. de reb. acquis. per vsur. q. 3. in secunda causa, in fine, vers. circa interesse, fol. 330. in fine, & 331. hæcq; contraria opinio benè videtur probari ex l. 22. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de act. empt. vbi ait Iureconsul. cum per venditorem steterit, quominus rem tradat, omnis utilitas emptoris in estimationem venit, quæ modo circa rem consistit: neque enim si potuit ex vino, puta negotiari, & lucrum facere, id æstimandum est, non magis, quām si triticum emerit, & ob eam rem, quod non sit traditum, familia eius fame laborauerit: nam pretium tritici, non seruorum, fame necatorum, consequitur: nec enim maior fit obligatio, quod tardius agitur; quamvis æstimatio crescat, si vinum bodie pluris sit, merito, quia siue datum esset, hoc haberet emptor, siue non, quoniam saltem bodie dandum est, quod iam olim dari oportuit. & quod antea ex vsuris vsuræ non caperentur, at nunc cambiorum cambia corradantur, scribit, eas tacite improbando, Nauar. in man. confels. cap. 17. de vusra circa mutua, num. 280. in fine, & quod si interesse conuerteretur in capitale, de quo solueretur aliud interesse, sit anatocismus, superfoetatio, & foenoris renouatio, quæ est prohibita de iure ciuili, scribit Rot. diuers. d. nu. 8. & quod sit forma anatocismi, ab omnibus execrata, scribit Io. Bapt. Lup. sub d. nu. 20.

& quod vsura vsuræ à Cic. in pluribus locis vocetur anatocismus, ostendunt, locis citatis, Hier. Grosset. in l. lecta. num. 6. ff. si cert. pet. inter Repet. tom. 2. fol. 118. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 1. sub num. 5. vers. superest. Io. Bapt. Lup. in d. l. curabit. §. 3. num. 2. fol. 115. & Boninseg tract. de vendit. ad temp. cap. 3. num. 16. & quod quamvis de iure ciuili permittantur vsuræ, tamen vsuræ vsuraru[m] sint prohibitæ, scribunt Boninseg. d. cap. 3. num. 15. in fine, & 16. & Io. Azor. de instit. moral. par. 3. lib. 5. tit. de vsur. cap. 2. q. 3. vers. sed re vera. & vers. at verò vsuræ. & quod vsuræ vsuraru[m] dotis, etiam promissæ, non debeantur, nec de iure ciuili, nec de iure canonico, vt omnino prohibitæ, licet nonnulli ex stirpe Iudæorum contrarium ausi fuerint affirmare in solito negotiari, scribit Borgn. decis. 26. venerandus. sub nu. 25. par. 3. & quod Pius V. in contractu census prohibuerit, censum contrahi ex fructibus eiusdem census decursis & non solutis, quia vsuræ non debent facere nouam vsuram, scribit Virgin. de Boccat. tract. de cen- sib. par. 2. num. 61. & par. 3. num. 36. hancq[ue] contrariam opinionem virtualiter amplexa videtur reformatio, seu taxatio pro interes- sibus cambiorum Vrbis, dum, nulla facta mentione de interesse alterius interesse, seu de interesse, conuertendo in capitale, taxauit solum interesse primi, & sequentium an- norum, vt retuli supra §. 1. q. 7. par. 1. nu. 55.

40 Comprobatur hec contraria opinio, quia habemus textum apertum in l. fin. C. de vsur. qui prohibet expressè vsuram vsuræ, & ad litteram, ne vsura conuertatur in capi- tale, quod idem prohibet tex. in l. 29. pla- cuit. ff. eod. ergo, cum habeamus casum le- gis, facimus iniuriam legi, disputando.

41 Quid dicendum? Resolutio huius contro- versiæ est difficilis, quia Cagn. qui in d. l. vni- ca, num. 45. & 46. defendit extensionem, nititur respondere argumentis huius con- trariæ opinio[n]is, & Io. Bapt. Lup. qui in d. §. 6. sub num. 20. tenet hanc contrariam, ni- titur respōdere eiusdem Cagnoli argumen- tis, & Ruin. in illo cons. 55. non benè se ex- plicat, vnde licet nos eum citauerimus pro extensione, tamē ab ijsdē Cagn. & Io. Bapt. Lup. citatur pro hac opinione contraria, & libentissimè legissem, quid de hoc expressè sentiret Rot. diuersi. decis. 331. sententiam. vers. non obstat taxatio. lunæ 6. Iunij 1611. in Ianuen. pecuniaria, coram Illustrissimo

Card. Lancellotto, in impressis Romæ 1615. quia etsi informantes pro parte Iacobi, vt in eorum informationibus vidi, impugna- rent illud mutuum ex eo, quod interesse conuertebar in capitale, sicq[ue]; mutuatarius soluebat interesse alterius interesse, tamē in ea decis. nō legitur, quod Rot. super hoc ali- quod dederit responsum; verum cum adhuc indicauerit contra Iacobū, illud mutuum non fuisse iniustum, ex hoc iudicio videtur tacitè admisisse, quod interesse posset conuerti in capitale, & proinde solui interesse alte- rius interesse; nam pro facti intelligentia est sciendum, quod mutuatarius pro interes- se lucri, à quo mutuator cessabat propter il- lud mutuum, soluebat mutuatori scutos sex quolibet anno pro centenario, vt retuli sup. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. sub num. 24. qui sex, quando non soluebantur, conuertebantur in capitale mutui, & anno sequenti de illis etiam sex soluebat interesse ad eandem ra- tionem sex pro centenario.

Resolutiū agendo, & omissa vltiori di- sputatione, cōsidero duos casus principales.

Primus casus est, quando interesse habet naturam poenæ, vt puta, si tu ex causa trans- actionis debeas equum, vel aliam speciem, & si non tradideris certo tempore, promittis decem, quod quidem interesse conuen- tum, seu poena, speciei adiecta, debetur, l. 37. promissis. & ibi Doct. C. de transact. Abb. in cap. 4. dilecti. sub num. 13. & seqq. in 5. poena, de arbitr. & Rebuff. in l. vni- ca, in glos. 1. num. 59. vers. notandæ sunt. C. de senten. quæ pro eo. &c. & isto casu concludo, quod vsura huius poenæ non de- betur, l. 1. & ibi Gl. C. de fisc. vsur. lib. 10. & Gl. in l. vlt. in verbo, fortis tantummodo. C. de vsur. rei iud. & poenarum vsuras peti non posse constitutum esse dicit tex. in l. fin. ff. de magistr. conuen. & in hoc, quod vsura vsuræ non debeatur, conueniunt Ruin. d. cons. 55. sub num. 16. & 17. lib. 2. & cons. 103. sub num. 4. vers. non obstat igitur. lib. 1. & Cagn. in l. vnicā, sub num. 46. vers. tertio quia. C. de sent. quæ pro eo. &c. & quod vsura poenæ commissæ non debeatur, scribit etiam Ruin. d. cons. 55. num. 17. nam si non debetur vsu- ra vsuræ, iuribus, & auctoritatibus supra ci- tatis; ergo neque debeatur vsura poenæ, quia vsura, & poena pro eodem usurpatur in hoc proposito, argum. tex. in l. 40. qui sine vsu- ris. versus finem, ff. de negoc. gest. & di- cit Glos. in dicta l. fin. in verbo, poena- rum.

rum. in fine, ff. de magistr. conuen.

42 Confirmatur primo hæc conclusio, quia interesse, quod potest parere aliud interesse, debet semper esse proportionatum quantitati sortis, qualitati creditoris, quia mercatori, seu negotiatori debetur interesse, alias debet esse etiam proportionatum occasioni, quam creditor habuisset præ manibus, iuxta ea, quæ scripsi supra §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 234. Sed hoc interesse pœnale nulli ex his qualitatibus debet correspondi; non enim datur proportionabiliter sorti, seu alteri obligationi, neque consideratur qualitas creditoris, an sit mercator, necne; neque consideratur, an is, cui debetur, habuerit occasionem præ manibus, sed ponitur ad libitum, maius, & minus, vt obligatus maior, vel minori pena timore obseruet promissa: Ergo ab interesse non pœnali non recte argumentamur ad pœnale.

43 Confirmatur secundo, quia pœnae sunt odiosæ, & ideo temperandæ, non extendendæ, cap. 15. odia. de reg. iur. in 6. l. 129. capienda. ff. eod. l. 32. si præses. ff. de pœn. cum similibus, & hac ratione non deberi usuram usuræ, scribunt Cagn. & Menoch. quos retuli infra num. 47. vnde, & pœna, apposita in primo compromisso, non trahitur ad secundum, & stipulatio pœnalis, adhibita in primo contractu locationis, non videtur repetita in sequenti locatione, Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. num. 96. vers. quinquagesimoquarto. ff. de verb. signif. & maximè in reconductione tacita, imò neque censetur repetita alia obligatio, quæ non sit de propria natura illius contractus; quare si conductor in instrumento locationis, & conductionis, factæ ad certum tempus, obligauit se in forma Cameræ, & deinde tempore finito, persecueret per modum tacitæ conductionis, non potest contra eum pro pensionibus huius tacitæ conductionis procedi executiue, Galles. ad form. oblig. cam. tit. de vi instrum. oblig. cam. num. 18. tom. 6. par. 2. fol. 360. quod idem in instrumento publico, habente executionem paratam, scripsit Ant. de Canar. tract. de execut. instr. q. 44. num. 82. tom. 5. fol. 44. imò tacitæ reconducens, non intelligitur reconducere pro toto tempore, sed solum pro illo tempore, quo inhabitat, per ea, quæ secutus sum in meo tractat. de appell. q. 12. num. 82.

44 Extende primo hanc conclusionem, vt habeat locum tam in pœna conventionali,

quam in pœna legali, Gl. 1. in l. 1. C. de fisc. usur. lib. 10. Ruin. d. conf. 55. de obligatione. sub num. 17. lib. 2.

45 Extende secundo, vt procedat siue ista pœna, seu interesse pœnale sit adiectum speciei, vt in casu huius conclusionis, positæ supra sub num. 41. vers. primus. siue sit adiectum factum, vt puta, si non feceris domum, promittis centum, quia isto casu, non facta domo, debentur centum, Rebuff. in l. unica, in gl. 1. num. 60. vers. secunda conclusio, C. de sent. quæ pro eo, &c. sed non debebitur interesse pœnæ, per ea, quæ dixi supra.

46 Extende tertio, vt procedat quando interesse pœnale est adiectum quantitati, vt puta, si non dederis centum, quæ mutuavi, promittis decem in singulos annos; quia isto casu non solum non debetur interesse primi interesse, per ea, quæ dixi supra num. 41. & seqq. sed neque debetur primum interesse, quia illa pœna præsumitur adiecta in fraudem usurarum, vt, testando de communione, scribit Rebuff. in d. gl. 1. nu. 64. vers. tertia conclusio. & faciunt quæ scripsi supra §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 27. vers. contra. & num. 185.

Declara restringendo hanc extensionem in ultima parte, & quæ scripsi d. ampliat. 8. num. 27. & 185. dum dixi, non deberi pœnam, seu interesse, etiam quod non conuertatur in capitale, vt non procedat, quando pecunia, id est, quantitas debetur, ut species, quia tunc pecunia reputatur illa species, per ea, quæ dixi supra §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 3. & in indiuiduo Rot. in Rom. sal. interd. mercur. 20. Nouembris 1591. inter recollectas à Stat. Pacif. decis. 159. illustris. sub num. 2. vers. quando enim. & pœna, seu interesse, adiectum speciei, seu factum debito, debetur, vt secutus sum supra sub num. 41. vers. primus. & num. 45. imò isto casu potest deberi non solum primum interesse, sed etiam secundum, & deinceps; quare, si testator legauerit Titio scutos vigintimille, inuestiendos statim per hæredem in emptionem tot locorum motium, & censuum, seu officiorum partim vacabilium, & partim non vacabilium, ad beneficium dicti Titij, & casu, quo hæres non inuestiret, seu tardaret inuestire, iusserit, vt eidem Titio solueret fructus ad rationem sex pro centenario, & hæres non inuestierit, fuit resolutum in Rota, quod hæres teneatur eos solvere,

ueret, vt testatur R. P. D. Oranus in allegata decisione, recollecta per Statil. Pacif.

47 Extende quarto, vt habeat locum, etiam si is, cui debetur illud interesse pœnale, sit mercator, & solitus negotiari; militat enim etiam in mercatore, & solito negotiari illa ratio, quod odia, & pœnae sunt restringendæ, & quando concurrunt duæ causæ, una permisiva, & altera prohibitiua, vt in huius extensionis casu, in quo qualitas mercaturæ, & negotiationis videtur permittere interesse, & qualitas pœnae prohibet, attendi debet prohibitiua, vt in alio proposito scripsi sup. §. 1. q. 1. num. 46. & quod in usuris non attendatur, an quis sit solitus, vel non solitus negotiari, scribunt Cagn. in l. vnica, nu. 46. vers. tertio quia. C. de senten. quæ pro eo &c. & Menoch. tract. de arbitr. iud. cas. 119. reuocauit. sub num. 38. vers. cæterum.

48 Declara adhuc eandem communem conclusionem, eiusq; extensiones, in quibus pro firmo posuimus, deberi interesse pœnale conuentum, vt procedant cum illa doctrina, quam secutus sum in meo tractat. de iudic. caus. &c. lib. 2. cap. 2. num. 376. & seqq. & cap. 8. num. 526.

49 Secundus casus est, quando interesse non habet naturam pœnae, sed habet naturam damni, ratione lucri cessantis, proportionatum sorti, qualitati creditoris, aut occasiois, quam creditor habuisset præ manibus, & in his terminis latè locutus sum supra §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. nu. 221. & seqq. & isto casu virget contrarietas opinionum, quas adduxi supra num. 33. vers. extendere nunc. & seqq. & num. 39. vers. contra. & quod facilius omnia explicem, adhæreo opinioni extensionis, firmando conclusionem affirmatiuam, quod debeatur interesse alterius interesse, per ea, quæ adduxi in dicta extensione.

Retenta hac conclusione.

Ad adducta in contrarium supra nu. 39. & 40. respondeo, quod anatocismus, & superpotatio prohibetur, quia est usura usuræ; sed interesse alterius interesse, probatis requisitis, de quibus supra §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 99. & seqq. & §. præced. gl. 1. sub num. 82. vers. ratio. non solum non est usura usuræ, sed neque est usura; cum usuræ sit omni iure prohibita, vt dixi supra §. 1. q. 1. num. 401. & interesse sit omni iure debitum, vt dixi d. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 96. quia usura debetur etiam sine mo-

ra, non autem interesse, Cagn. in d. l. vnica, sub num. 46. vers. tertio quia.

Extende primo hanc conclusionem, vt præcipue procedat in interesse cambiorum, tum quia negotiantes in cambijs degunt in ciuitatibus, in quibus semper est parata occasio cambiendi, præsertim in ciuitate Genuæ, vt saepius dixi, tum quia interesse cambiorum est semper certum, & ideo non pendet à probationibus incertis, & conjecturalibus, prout pendere solet interesse mercaturæ, & similiū, iuxta ea, quæ scripsi sup. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. nu. 240. & seqq. vers. declara. & sicut iudex, data probatione incerta, debet absoluere, §. curare. Instit. de act. ita, sublata incertitudine, condemnat.

Ratio huius extensionis est, quia interesse cambiorum semper conuertitur in capitale, vnde nunquam remanet interesse alterius interesse, sed semper erit interesse capitalis, vt considerant Ruin. in cons. 103. quamuis. sub num. 4. vers. sed tamen præmissis. lib. 1. & cons. 55. de obligatione. in fine, sub num. 20. lib. 2. Cagn. in d. l. vnica, sub num. 46. vers. tertio quia. in ultimis verbis, C. de sent. quæ pro eo, &c. Menoch. tract. de arbitr. iud. cas. 119. reuocauit. nu. 31. in fine, ibi, nam statim. & num. 32. cent. 6. & Borgn. decis. 21. in causa executionis. sub num. 30. lib. 1. dicens, interesse alterius interesse non deberi, nisi interesse iam esset calculatum, & positum in creditum, &, vt fors, deberetur.

Nec dicatur, quod, admissa hac ratione, semper deberentur usuræ usurarum, seu interesse alterius interesse, quia quilibet creditor poneret interesse in sorte, seu illud calcularet uti sortem.

Quia respondeo, hanc calculationem, & couersionem interusurij in capitale fieri non posse, nisi concurrentibus ijs, quæ scripsi §. præced. gl. 1. sub num. 82. vers. ratio.

Non obstat huic extensioni, quod taxatione, de qua mentionem feci supra sub num. 39. vers. contra. aliter videatur determinasse.

Quia respondeo, quod quatenus ita determinauerit (non enim vidi illam taxationem) ij, qui taxationi fuerunt præpositi, non fuerunt forsan consulti super interesse alterius interesse; vel placuit illis sequi eam opinionem, vt interesse alterius interesse non debeatur; quæ tamen opinio in puncto iuris,

51 & loquendo in cambijs vix sustineri posset, ideoq; in praxi vbique cambiorum interesse conuertitur in capitale.

52 Declara primo hanc extensionem, vt in cambijs, quae soluuntur sine mora, impro priè illud lucrum vocemus interesse, cum interesse nunquam debeatur sine aliqua mora, vt declarauit supra §. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 100. & 148. quare propriè vocatur lucrum cambij, procedens ratione valoris, & pretij scutorum marcharum emptorum, qui ex iustis causis, de quibus latè scripsi d. q. 7. par. 1. num. 74. & seqq. & sub num. 77. & seqq. pluris æstimantur, quàm sit pretium pro illis datum; vnde illud lucrum efficitur pars integralis mercis emptæ.

53 Declara secundo illatiuè, vt remota mora, secundum etiam interesse, tertium, & ulterius usque in infinitum, renouato semper contractu cambij cum debitore, eo modo, quo dixi supra §. 1. q. 5. nu. 83. vers. cambium. & seqq. non sit vñquam interesse, sed sit semper capitale, seu lucrum, quia semper est emptio, & venditio, vt dixi.

54 Secus si campsarius esset morosus in soluendo, ideoq; campsor pateretur interesse lucri cessantis, seu damni emergentis, quia tunc posset vocari interesse.

55 Contra hāc declarationem oppono, quia cambium nō minori laborat suspicione usuaria, quàm laborarent census, & societas officij, ex quò in eis pecunia pecuniam parere videbatur, vt scripsi supra §. 1. q. 1. num. 171. & 172. ideoq; magna extitit controversia, an tales contractus essent liciti, vt, loquendo de censu, retuli d. q. 1. num. 175. & consequenter, si cum difficultate fuit in his contractibus ita suspectis permisum lucrum, procedens à capitali, erit absolute denegandum lucrum, procedens à lucro, etiam si contrahentes illud lucrum assumerent pro capitali, vt in censu aperte sanxit Pius V. præcipiendo, vt pro censu fructibus, decursis, & non solutis, non possit creari nouus census.

Huic oppositioni respondeo, quòd in censu sic Pontifex iussit, & ideo non est ulterius querendum: Sed ahuc non potest negari, quòd fructus verè soluti, possint conuer ti in capitale, ex quo soluantur alij fructus: finge enim, quòd debitor verè soluat illos fructus ex pecunijs, sibi ab amico mutuatis, easvè vt restituat, statim nouū censum vendat eidem emptori, qui pretium soluat ex il-

lis fructibus sibi solutis: certè illi fructus, tūc conuersi in capitale, parient alios fructus, seu alia lucra, & interesse; & locorum montium multiplicationes passim fiunt, emendo ex fructibus alia loca montium, & sic deinceps, conuertendo in infinitum fructus in capitale; & hæres, seu alius, qui hanc conuersionem, & inuestituram teneretur facere, & non faceret, teneretur ad interesse, Rot. diuers. decis. antepenult. placuit. & fuisse decis. vlt. 914. fuit pro maiori. coram R.P.D.Orano 1585. vener. 29. Nouembris, & 20. Decembris inter impressas Lugduni 1612. Et in societate officij, quicquid dici posset disputando, passim societas renouatur pro maiori quantitate, comprehensis in ea fructibus decursis, & non solutis: At in cambio cum quolibet foro admittatur solutio, etiam per scripturæ accommodationem, vt secutus sum supra §. 2. gl. 5. num. 55. & seqq. sic negotiationis necessitate exigente, & renouetur contractus, cessat difficultas, quia si verè dicitur facta solutio, iam totum est capitale: cessat etiam difficultas in cambio ex alio capite, quia si est licitum cambium cum recrusa, vt dixi §. præced. gl. 1. num. 21. & seqq. & num. 88. clarum est, quòd interesse conuertitur in capitale.

56 Extende secundo, vt procedat generatim in interesse cuiusvis alterius contractus, seu mercaturæ, dummodo capitale, quod debetur, consistat in pecunia numerata; quia isto casu militat eadem ratio; & in hanc generalitate loquuntur Ruin. Cagn. Rot. Genu. & Menoch. quos citauit supra num. 33. vers. extende nunc. & secutus sum supra num. 49.

57 Secus si interesse procedat à debito alicuius speciei, vt puta, frumenti, vini, olei, & similiū; neque enim, si creditor potuisset ex vino negotiari, & lucrum facere, id æstimandum est, quia tale interesse venit à causa extrinseca, l. 22. si sterilis. §. cum per venditorem ff. de act. empt. cuius verba formula retuli supra sub nu. 39. Cagn. in l. vnica, num. 60. in fine, C. de sent. quæ pro eo &c. & Menoch. tract. de arbitr. iud. cas. 119. sub num. 42. vers. quarto afferri. & num. 43. cent. 6. quia totum interesse speciei debiti constitut in æstimatione quanti plurimi, Cagn. d. num. 60.

58 Restringe primo, declarando eandem conclusionem cum illis duabus extensionibus, vt procedant, suppositis terminis habilibus, nempè, existentibus requisitis illis,

de quibus scripsi supra S. I. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 99. & seqq. nu. 221. & seqq. & 238. & seqq.

59 ob Restringe secundo, ut procedant, inspecto rigore iuris, sed inspecta æquitatem, quæ seruari deberet, essent tēperande, ut istud interesse veniret moderādum, regulato, & honesto iudicis arbitrio, ut in casu, de quo loquitur Cagn. in l. vnicæ, sub num. 46. versi. vlt. non obstat. C. de sent. quæ pro eo, &c. quem retuli supra sub num. 33. dicens, quod cum illa taxatio præferret rigorem, vix potuit vñquam executio iudicatorum haberi, & quod tandem ipsi, & alteri condelegato videbatur, prædictum interesse reducendum esse ad honestam summam: addo quæ pro hac restrictione scripsi S. præced. gl. I. n. 88.

Hæc restrictio non multum quadrat mercatoribus, & præsertim forsan Genuensibus, quia ipsi in hoc summum sequuntur rigorem, vt scripsi sup. nu. 33. versus finem, & in alio articulo supra S. I. q. 7. par. 2. ampl. 8. sub num. 231. versi. ad comprobationem.

Et hæc de primo articulo, nempè lucri cessantis, posito supra sub num. 18. & seqq.

60 Venio ad secundum articulum, positum supra d. num. 18. de damno emergenti, & distinguo, vt supra num. 57. vers. secus. Aut interesse procedit à debito alicuius speciei, vt puta, frumenti, vini, & similiū; & isto casu dico adhuc deberi solum interesse intrinsecum circa rē, si ita vocari posset, repugnantibus ijs, quæ scripsi sup. n. 91. non autē interesse extrinsecū, l. 22. si sterilis. S. cū per venditorē. ff. de act. empti cuius textus verba

61 retuli sup. sub nu. 39. Aut procedit à debito pecuniarum, & isto casu concluso, illud indistinctè deberi, quomodo cunque sit auctum, seu multiplicatum, & calculatum, Rot. Genuen. decis. 87. joannesstephanus. in fine, sub nu. 9. & quando is, qui dedit cambio, accepisset deinde cambio ab alio eandem summam, sibi à suo debitore non solutam, & sic deinceps accepisset ab alijs, quod isto casu, docto, quod propter moram sui debitoris accepit cambio ab alijs, possit iustè consequi interesse alterius interesse, siue ista interesse, & damna sint expressè à debitore promissa, siue non, quia creditor agit de damno evitando, scribit, fuisse resolutum in Rota, & sequitur, licet non alleget decis. Virgin. de Boccat. tract. de interd. vti possid. cap. 18. nu. 65. vers. simon. tom. 3. par. 2. fol. 313.

62 Comprobatur hæc conclusio, quia si ista conclusio procedit in interesse lucri cessantis, vt secutus sum supra num. 49. vers. secundus. multò magis procedet in interesse damni emergentis, per ea, quæ dixi supra S. I. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 181. 187. & num. 269. & seqq.

63 QVAERO decimotertio successiū, an interesse (cuiusuis qualitatis sit, siue sit pro primo, & sequentibus annis, de prima & vnicā forte; siue sit interesse etiam alterius interesse, siue sit lucri cessantis, siue damni emergentis) possit excedere sortem, & summam totius capitalis?

Respondeo, extare opiniones.

Prima sit opinio negatiua, quod non possit multiplicari ultra capitale; quare statim, atque æquauerit capitale, ulterius non currit, & creditor sibi imputet, qui tam diu cessat, vt interesse sortem excedat, cum eiusmodi accessionibus finis aliquis sit impoñendus, & ratione usurarum, & interesse nihil amplius, quam duplum exigi possit, Io. Bapt. Lup. in l. curabit. S. 6. num. 20. versus finem, & S. 3. num. 34. C. de act. empt. inter tract. diuersi. tom. 7. fol. 117. Virgin. de Boccat. tract. de interd. vti possid. cap. 18. num. 74. vers. interesse in solito. tom. 3. par. 2. fol. 314. & hanc opinionem esse magis amicam litteræ. vnicæ, C. de sent. quæ pro eo, &c. scribit Curt. Iun. in illa l. sub num. 55. licet, titubando, dicat, quando casus occurreret, esse melius cogitandum: & quod interesse non possit excedere sortem, sed ei possit solum adæquari, scribunt Dec. in d. l. vnicæ, in 2. lect. not. & num. 4. & alij, quos sequitur Surd. cons. 389. conuenit. num. 14. lib. 3. & hanc opinionem disputando sequitur Ant. de Gamb. decis. 110. in lite mota. num. 30. & seqq. & veram conclusionem esse dicit sub num. 31. vers. ad probationem. & decis. 218. in causa. num. 8. vers. primo quia. & quod usuræ etiam in nautica pecunia supra duplum exigi non possint, sed simul, ac sortem æquauerint, cessent, ne omnes hominum facultates usuræ depascerentur, scribit idem Lup. d. S. 3. num. 31. fol. 116. & satis videtur probari ex l. 4. nihil interest. ff. de naut. fœn. in illis verbis, quod in singulos dies in stipulatum deductum est, ad finem centesimæ non ultra duplum debetur.

64 Secundam opinionem affirmatiuam, contrariam præcedenti, tenet Cagn. in d. l. vnicæ, sub num. 58. 59. 60. & 61.

Con-

Confirmatur primo hæc opinio, quia sicut censuarius, & conductor soluunt census, & pensiones, quæ ex annorum multitudine possunt longè excedere valorem sortis census, & rei locatæ, ita etiam interesse, quod procedit à longa plurium annorum mora, potest excedere capitale.

65 Confirmatur secundo ex his, quæ scripsi infra num 94. & seqq. & præsertim nu. 104.

Aliqui in hac controversia dicebāt, quòd usuræ legales, de quibus loquitur l. 26. eos. S. super usurarum. C. de usur. non poterant duplum excedere, sed usuræ nostræ hodie possunt excedere, & in infinitum protendi; & ratio differentiæ secundum eos est, quia in illis legalibus creditor poterat cogere debitorem ad restitutionem sortis; vnde si non cogit, & excedant sortem, sibi imputet, qui non cogit; at è conuerso, quia in nostris usuris non est in potestate creditoris cogere debitorem ad restitutionem sortis, sed stat in potestate debitoris, quando vult restituere, ideo cōuenit rationi, vt possint usuræ in infinitū protēdi, vt refert, nihil in hoc determinādo, Bonins. tract. de vēd. ad tēp. c. 3. n. 21.

66 Pro huius quæstionis determinatione præmitto aliqua.

Primo præmitto, quòd Doct. qui tractant hanc quæstionem simpliciter sine distinctione, possent videri quasi inuij errare, qui verò cum distinctione, videntur ad veritatem propinquius accedere, cum d. l. vnica, edita ad determinandum hunc articulum, determinet cum distinctione.

67 Secundo præmitto, quòd in mundo non est statutum ita obscurum, sicut est d. l. vnica, C. de sent. quæ pro eo, &c. dum statuit usque ad quam quantitatem petatur interesse. & obscuritas dictæ l. non procedit, eo quia latinitas eius sit obscura, imò plana, sed sententia eius obscura nimis, vt ex Iac. de Rauen. sequitur Cyn. in d. l. vnica, num. 18. q. 3. & vbi specialius consistat hæc difficultas, dixi infra sub num. 70. & 71. & adeo nostris Doct. visa est difficilis ista lex, & adeo in solutione plurium difficultatum se torserunt, vt Cyn. in ead. l. sub num. 6. in 4. oposit. ex Petr. de Bellap. referat, quòd Imperator quicquid dixerit in illa l. sumpsit eā ex l. titius. ff. de act. empt. & aliqui, vt Steph. Forcat. in necyoma dial. 41. desperatione irritati, audeant & l. huie, & legislatori obstrepare, & Cyn. quem retuli inf. sub n. 70. vers. prima. dixerit, quòd legislator male fecit.

Ratio huius difficultatis est, quia, cum apud antiquos ortæ essent pro interesse plures dubitationes, adeo vt viderentur infinitæ, Imperator, expedire existimans, in angustum eas sub brevi distinctione coarctauit, vt patet ex d. l. vnica, & notant Cyn. in ea initio, sed Imperatori videtur euenisse illud Horatianum, obscurus fū, dum breuis esse labore; & proinde parum profecisse videtur, dum, vt nos è perplexitate abduceret, ad obscuritatem deduxit; quare & Alc. in ead. l. initio, inter tract. diuers. tom. 5. fol. 8. loquendo de interesse extrinseco, & de Imperatore, qui voluit ea lege veterum alterationes tollere, inquit, rem hanc tam dubiam adhuc esse, quantum nunquam.

Contra hoc secundum præmissum, eiusq; rationem; quòd enim obscuritas non stet in statuto, seu lege, & quòd Imperator satis clarè locutus sit, sed obscuritas, & inextricabilis perplexitas consistat in phantasticis Doctorum commentarijs, vide sup. sub n. 18.

68 Tertio demum præmitto, quòd Doct. super illa l. tot, & adeò varios, & obscuros ediderunt commentarios, vt ignota per ignorantia videantur docuisse, & eis euenisse, quod imperitis accidit textoribus qui, principio, seu capite fili amissi, quò magis pensum voluūt, aut reuoluūt, eò magis intricat; & ijs, qui dum plagas aliquot velut nimium patulas cōsuere nitūt, plures & grauiores infligunt; quare, cum rem indissolubiliorem videātur fecisse, satius existimo, si, Alexātri Magni exemplum imitati, dum inexplicabilem gordium nodum gladio abscidit, has confusas, & inexplicabiles perplexitates silentio laceremus potius, quām si longo nimis, & inutili sermone soluere nitamur.

69 His præmissis, concludo, utramque opinionem in suis casibus esse veram; sed, vt faciliori ordine, quo possumus, huius conclusionis veritatem persequamur, & à textu non discedamus, sequemur in primis distinctionem Imperatoris in d. l. vnica, & ex primo distinctionis membro constituemus regulam, primæ opinioni consonam, & ex secundo membro constituemus limitationem regulæ; & omnia exemplis illustrabimus.

Sit ergo regula iuxta primam opinionem, vt in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, interesse non possit excedere duplum.

70 Hæc regula duabus potissimis concuti videtur difficultibus.

Prima,

Prima, quia qui sint isti casus, de quibus loquitur, nos latet, & malè fecit legislator, quia eos non expressit, secundum Cyn. in d. l. vnica, sub num. 18. q. 3. ibi, hic restat querere. & Imperator videtur de industria obscurè locutus, ideoq; certant scribentes de intellectu huius regulæ, seu legis, & nemo veritatem aperuit, ait Cagn. ibidem nu. 5. & est intricatio controuersissima, & demum quæstio huius regulæ est perobscura, de qua tam variæ sunt doctissimorum hominum, tamquæ discrepantes sententiæ, ut suam quilibet inueniat opinionem, & in ea valde sudarint nostri scriptores, & ferè singuli diuersas habuerint sententias, adeo quod circumferuntur duodecim opiniones, & opus esset declaratione Imperatoris, quia de quibusdam impossibile est exponere d. l. vnicam, quæ ponit hanc regulam, Rebuff. in d.l.vnica, in gl. in verbo, quantitatem. nu. 5. vers. quæro ergo. quas singulas opiniones fuisse ab aliquibus impugnatas non me latuit; & adeo est obscura hæc regula, vt quamvis nostri Doctores multa scripserint pro eius declaratione, tamen ex illis non clarescit, imò accrescit magis obscuritas, vt dicit Cyn. ibidem num. 20. versus finem, ibi, quid dicemus. & ideo Rebuff. vbi supra nu. 30. vers. quid ergo. post relatas multas opiniones, dicit, melius fore, quod silleret; nihilominus & ipse suam affert opinionem; & licet alij moderniores post Rebuffum nouas opiniones conentur adducere, tamen omnes in aliquam ex predictis priorum opinionibus relabuntur. ego, ne onerosa opinionum relatione, & inutili disputatione membranas occupé, resolutiū sequar conclusiones, & opiniones, quas usus, & praxis admittit; quod si opinionum conflictum, & varietatem tu desideres videre, legas in d. l. vnica, Gl. in verbo, contractibus. & in verbo, in alijs. Cyn. num. 20. vers. quæramus ergo. Bar. num. 3. vers. venio ad contraria. & num. 4. Bal. num. 16. vers. modo ego. vbi declarat, quid sit quantitas discreta, & quid quantitas continua, Alc. num. 2. & seqq. & praesertim sub num. 6. vbi sequitur opinionem Iacobi de Aren. Bar. & Ant. Fum. tract. de eo quod interest. sub nu. 42. cap. 4. & nu. 43. & seqq. tom. 5. fol. 16. & singulas opiniones referunt Rebuff. in d. gl. quantitatem. num. 6. & seqq. usque ad num. 30. & alij.

71 Secunda difficultas est, quia Cyn. Bar. & alij in d. l. vnica, multas aduersus hanc

regulam adducunt oppositiones, ad ostendendum, quod interesse etiam in terminis huius regulæ potest excedere duplum; in quarum oppositionum solutione multum se torquent, & implicant, vt dixi infra num. 90. vers. infero secundo.

72

His, vt attentior sis, prælibatis.

Declara hanc regulam, vt ad hoc, vt interesse in casu, habente certam quantitatem, seu naturam, non possit excedere duplum, requirantur tria. Primo requiritur, quod adsit debitum principale, certum, & communiter estimabile. Secundo, quod accident casus huius interesse extrinseci. Tertio, quod casus huius interesse extrinseci, id est, contingentia ipsa, ex qua oritur obligatio ad interesse, respiciat illud principale debitum, & communiter estimabile, & non habeat aliud specificum obiectum.

73

Subdeclara ad usum praxis, distinguendo tres præcipuas inspectiones.

Prima inspectio est, quando nullum probatur interesse.

Secunda, quando probatur quidem interesse, sed non probatur dolus, culpa, seu mora eius, qui dicitur fuisse in causa remota illius interesse.

Tertia, quando probatur quidem interesse, & probatur etiam, dolo, culpa, seu mora debitoris, vel contrahentis processisse dictum interesse, sed tamen ille dolus, culpa, seu mora, & ipsum factum, seu contractus, in quo adest culpa, vel mora, habet certum specificum obiectum ad rem, deducitam in contractu, & in qua adest culpa, vitium, seu mora, & aliud obiectum non habet.

In prima inspectione vana redditur controvrsia usque ad quam quantitatem taxandum sit interesse, quia non entis non indagantur qualitates: quare, accedendo ad materiam text. in l. 14. iulianus. in princ. ff. de act. empt. finge, quod tu vendideris mihi certa tigna; & non singamus aliud; tunc nihil ad hanc regulam, de qua sup. sub nu. 69. vers. sit ergo. quia, cum nondum extrinsecus mea intersit, nulla est mihi nata actio ad interesse: vel finge, te, pretio dictorum tignorum accepto, fuisse morosum in traditione tignorum, sed tamen, me ex tua mora nihil amisisse, frustra agerem de interesse, per ea, quæ secutus sum supra §. I. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 77. & nu. 292. restr. I. hincq; constituta est regula, quod exceptio tua

tua non interest, repellit agentem, vt dixi supra §. 2. gl. 5. sub num. 142.

74 In secunda inspectione concludo etiam, non posse agi ad interesse, sed posse solum agi actione quanto minoris, & pro clara intelligentia, inhærendo materiae eiusdem l. iulianus. pono plures casus.

Primus casus. Tu bona fide vendidisti, & tradidisti mihi tigna, quæ cum essent vitiosa, domus mea, quam illis fulciui, seu contignauit, corruit; certè hoc casu multi mea interfuit, illa tigna fuisse vitiosa, nihilominus non est locus prædictæ regulæ, seu d. l. vnicæ, quia cum tu non asseueraueris, esse idonea addomum fulciendam, nec tanquam talia ad occurrentum imminenti domus periculo, sed simpliciter, & bona fide vendidisti, tu vacas omni culpa, & mora; & ideo non teneris ad aliquod interesse: verum quia re ipsa deceptus fui, emendo tigna vitiosa, superest mihi actio quanto minoris emissum, si sciuissim tigna esse vitiosa, d. l. iulianus. ff. de act. empt. quæ sola actio practicabitur, quia tigna rupta, aut deteriorata redhiberi non possunt, alioquin tu, conuentus hac actione quanto minoris, posses petere redhiberi, & ita declaranda est d. l. iulianus.

75 Secundus casus. Tu vendis mihi vas argenteum, seu dolium dissoluta, non tanquam vasa, sed tanquam materiam; ego, vtendo eis, passus sum damnum, quia erant vitiosa, tu non teneris, nisi quanto minoris ratione malæ materiæ, si eam sciuissim, quia non es versatus in dolo, quo casu tenereris ad interesse extrinsecum, vt in ead. l. iulianus. initio.

76 Tertius casus. Paterfamilias nō tanquam suæ professionis, sed tanquam hæres, vel alio casu dominus mobilium, existentium in certa domo, vasa, quæ inter dicta mobilia extabant, vendidit tanquam de vniuersitate illorum bonorum; hæc vasa, vendita, sunt reperta vitiosa, seu non idonea; certè iste venditor, cum nullam profiteatur horum vasorum industria, sed incidenter, vt res indifferentes, vendiderit, non tenetur de idoneitate, nisi quanto minoris, non autem ad id, quod extrinsecus interest, nisi scienter reticuerit, & sic fuerit in dolo, vel nisi expressè affirmauerit, d. l. iulianus. initio.

77 Quartus casus. Tempore vindemiarum mea dolia sunt vino plena, habeo aliud vinum, & deficiunt mihi dolia, rogo te, vt de

dolijs tuis, quæ vsus tui causa adduxisti, tot, quot indigerem, eodem, quo emisti pretio, vecturis etiam pro rata refusis, mihi des, tu annuis, & das, sed doliorum vitio vinum infusum amitto: certè isto casu ego non possim petere à te, quod mea interfuit, dolia fuisse vitiosa; sed solum quanto minoris emissum, si doliorum vitium nouissem, per ea, quæ habentur in ead. l. iulianus.

78 Extende primo istum quartum casum, vt procedat non solum, quando ego ex tuis dolijs elegissem, sed etiam quando tu elegisses illa, quæ mihi dedisti, dummodo bona fide feceris.

79 Restringe, declarando hunc casum, vt tu te tenearis mihi cedere actiones tuas contra fabrum dolarem, qui tibi vendidit, si quas habeas, & quales habes, nisi malis tu contra ipsum agere, & mihi, quod mea extrinsecus interest, curare præstari, d. l. 14. iulianus. §. penult. ff. de act. empt. l. 52. quod debetur. ff. de pecul. vbi, quod dominus liberatur, cedendo actionem illi, qui contra eum agit de peculio, cum seruo quid ab extraneis debetur, & l. 62. cum in plures. §. messem. ff. loc. vbi, quod cum colonus non habeat condictionem furtiuam contra eum, qui frumentum, nondum à colono perceptum, sustulerit, sed eam habeat dominus fundi, colonus potest cogere dominum, vt ipse agat.

Neque enim debet faber culpabilis relevari ex eo, quod non emptor suus, neque eius hæres, sed tertius, causam habens, etiam si esset donatarius, damnificatus fuit.

80 Subrestringe hanc restrictionem, (hæcq; subrestrictione infertur ex necessitate) vt in casu, quo tu actiones non habes, non possis illas cedere, vt puta, tu emeras illa dolia non principaliter, sed cum vniuersitate bonorum, vel ea habueras ex successione, vel ea non de novo emeras, sed erant ex dolijs tuis antiquis, quæ pro vsu tuo religaueras, certè istis casibus non teneris tu in id, quod interest, neque teneris cedere actiones, quas non habes.

81 Extende secundo, vt procedat etiam si tu, tradendo dicta dolia in casibus huius subrestrictionis, perfusoriè proba affirmaveris, quia sunt verba temerè, bonaque, & simplici mente dicta, non animo suscipiendo in te periculum, nec me circumueniendi, aut prouocandi ad ea emenda, sed potius animo mihi bona fide commendandi; unde

lubricum linguae temere emissum, non facile ad obligationem, & consequentiam inopinatam trahendum est; sufficit ergo, quod pro communi natura actionis reddas mihi pretium, dolijs redhibitis, vel, si redhiberi nequeant, quantò minoris emissum, quasi vendiderit, ignorans doliorum defectum, quo casu tenetur actione empti quantò minoris emptor emisset, si defectum sciuisse, ut in pecore morboso, & tigno vitioso loquitur text. in d.l. iulianus. hæcque extensio videtur posse probari ex l. 7. famosi. ff. ad l. iul. maiest. vbi læsæ maiestatis crimen, si per linguae lubricum sit commissum, sola temeritatis poena videtur puniendum: & quod non omnia, quæ proferuntur verba, profrantur, ut obligent, clare patet in verbis liberalibus, quibus pro bono more utimur, dum dicimus, seruator di V.S. & similia, de quibus bene aiunt Hispani, *palabras de buen amor non obligan*.

Neque huic casui obstat textus in l. 21. sed addes S. 1. ff. loc. vbi si quis dolia vitiosa locauerit, & vinum effluxerit, tenebitur in id, quod interest, nec ignorantia eius erit excusata.

Quia respondeo, quod in vasis, & dolijs frequentius accidit imminere specificum periculum extrinsecum aliarum rerum, & lex ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptatur; sed quando quis vendit bona fide dolia ex antiquis, quæ habebat pro usu suo, cessat specificum periculum.

82 Quintus casus, & est similis præcedētibus. Faber materiarius vendit mihi tigna, non tanquam destinata, & idonea ad domos fulciendas, sed tanquam nudam materiam, vel ad aliud; ego ea conuerto tanquam idonea ad fulciendas domos, domus corruit, certè faber, qui vendidit, non tenetur ad interesse.

83 Inertia inspectione, de qua supra sub nu. 73. concludo, posse agi ad interesse usque ad duplum, & sic est locus regulæ; sed, ut solidior appareat veritas huius conclusio-^{nis}, procedamus exemplis.

Exemplifica primo igitur hanc conclusio-^{nem}, quando tu, pretio à me accepto, vendidisti mihi tigna, & promisisti ea tradere tali die, in quo fuisti morosus, & non tradidisti, & ego ex tua mora, & non traditione passus sum damnum, vel aliquid amisi, & sic mea extrinsecus interfuit, certè meum interesse versatur in casu, habente certam

quantitatem, seu naturam, & ideo tu teneris ad illud, sed non potest excedere duplum pretij tignorum venditorum; nam cum causa proxima, seu, inquam, immediata, ex qua orta est obligatio ad interesse, non haberet aliud specificum obiectum, quam dicta tigna, eorumque traditionem, quæ habent certam, & limitatam naturam, sumus in terminis regulæ, de qua supra sub num. 69. vers. sit ergo. & est locus taxationi dictæ l. vnicæ, ut interesse non possit excedere duplum pretij tignorum, quamvis ob non traditionem ipsorum domus mea corruerit, sicutque mea longè pluris intersit ultra duplum estimationis tignorum.

Secus tamen est, si dolo malo, hoc est, machinatione studiosa ad mihi nocendum in hac peristasi cessaueris tradere, cum scires domus meæ periculum imminere, quia isto casu tenereris ad totum interesse, quamvis excedat duplum; cum tu habueris specificum obiectum, ut domus mea rueret.

84 Exemplifica secundo, quando tu mihi bona fide vendidisti tigna, quæ mox euicta sunt, ex qua euictione ego extrinsecus damnificatus sum; nam isto casu ex euictione nata est mihi actio ad id, quod mea interest, sed quia hoc interesse versatur circa rem venditam, vel euictam, nec habet aliud specificum, & præcisum obiectum, quam dicta tigna, quæ certam habent naturam, ideo hoc interesse non potest ad summum excedere duplum, licet minus taxari possit, si minus intersit, & moueatur ex l. quam citauit infra num. 86. in fine.

85 Et quod dico in tignis vitiosis in his duobus exemplis, idem dico de pecoribus morbos, quia in utroque genere rerum æquilater loquitur l. iulianus. ff. de act. empr.

86 Exemplifica tertio in casu, quo ego emerim à te seruum scutis 50. qui seruus, à me emptus, meis impensis factus agitator, seu pantomius, idest, imitator omnium rerum, valet scutis 500. & tu, qui vendidisti, es mediocrum facultatum, ita ut verisimiliter non cogitaueris in venditione de hoc maiori pretio propter eruditionem, postea hic seruus mihi euincitur: ego ago de euictione contra te ad id, quod mea interest; certè isto casu non possum agere, nisi ad duplum pretij, quo seruum emi, & sic ad scutos 100. l. 44. titius. S. vlt. cum l. seq. ff. de act. empr.

87 Exemplifica quarto in casu, quo ego à te scutis centum emissum seruum, qui ab aliquo

quo erat institutus hæres, & postea mihi est euictus, & sic perdo illam hæreditatem, vt in casu l. 8. venditor hominis. ff. de euict. vnde ago aduersus te actione ex empto de euictione ad id, quod mea interest; certè isto etiam casu ego non possum pro meo interesse consequi vltra duplum, & sic possum consequi solum scutos 200. quamuis hæreditas, quam perdo, valeret scutis 1000. nam aut consideramus, quòd seruus tēpore emptoris erat institutus hæres, & tunc tantò pluris fuit æstimatus, & appretiatus; & sic illa institutio serui in hæreditate fuit facta de pretio ipsius serui, idest, de simplo; ergo de illa hæreditate non potest haberi alia ratio, nisi vt serui pretium, in quo adest hæreditatis institutio, dupletur: aut consideramus, quòd ille seruus, postquam adiuit hæreditatem, est effectus pretiosior, quia illa hæreditas quæsita adiecit maius emolumentum, quod non fuit de simplo, idest, de pretio serui; & tunc dico, illud augmentum non esse habendum in consideratione, cum qualitas rei venditæ consideretur tempore contractus; siccq; quo quis modo consideremus, venit solū duplum pretij, quo ego emi; & consequenter in isto interesse non venit æstimatione totius hæreditatis sine vlla limitatione dupli, & in hoc videntur communiter Doct. errasse, dum arbitrii sunt, totius hæreditatis æstimationem integrè venire; actio enim exempto de euictione habet hæc duo capita: primum (& hoc est perpetuum, & certum) pertinet ad pretium, & non ad rem: secundum (& hoc est casuale) pertinet ad id, quod interest præter pretium: quantum ad primum caput, quo scilicet actio exempto competit ad pretium, vel pro rata pretij, semper habetur relatio ad bonitatem, quæ erat tempore contractus tantum, & secundum eam æstimatur: quantum ad secundum caput; quo scilicet agitur ad interesse, recipit augmentum, & diminutionem; siquidem quandoque interest pluris, quandoque minoris, & quandoque nihil præter pretij, ideoque totum hoc interesse pendet à probationibus faciendis; sed ad summum, vt dixi, non potest excedere duplum: & quod dico de seruo, instituto hærede, dico etiam de ancilla prægnante, cū & de vtroque loquatur d.l. venditor hominis. ff. de euict.

Confirmatur hæc exemplificatio, quia si in casu præcedentis exemplificationis, vbi augmentum in seruo erat secutum sumptu,

& industria emporis, & tamen venditor tenetur solum ad duplum, cui inest simplum, ne venditor subeat periculum vltra duplum, l. titius. S. vlt. cum l. seq. ff. de act. empt. multò magis idem dicendum videtur de augmēto, & pretiositate casuali, quæ venit sine villo incommodo, aut sumptu emporis, vt fœcunditas, & partus ancillæ emptæ, & hæreditas seruo empto relicta.

Neque aduersus hūc casum obstat, quòd tex. in d. l. venditor. dicat, venditorem debere præstare quanti interest, quia dico, quòd ille tex. cum non determinet quantitatē interesse, intelligit de iusta quantitate, quæ est declarata per alia iura, vt non excedat duplum, vt in casu præcedenti, ad quod si Cyn. in d.l. vnicā, num. 8. in 7. opposit. Bar. & alij in diuersis locis aduertissent, non adeo se in eo textu torfissent.

Infero ex dictis in hac exemplificatione, sic esse intelligendos Paul. de Castr. in l. 3. S. nunc de officio. sub num. 4. & Ias. sub num. 8. ff. de eo quod cer. loc. dum, loquendo de lucro intra rem, scribunt, quòd si seruus meus fuit institutus hæres, & quia tu fuisti in mora restituendi eum mihi, ego non potui iubere, vt adiret hæreditatem, & sic eam perdidisti, talis lucri habenda est consideratio.

Exemplifica quinto in casu, quo ego tenor tibi soluere scutos 100. & quia sum morosus, tu nō potes reparare domum tuā, quæ minatur ruinam, vel non potes soluere pœnam pecuniariam intra certum tempus, quo elapsio, remanes ex dispositione legis condemnatus ad graue exiliū; tu protestaris aduersus me de ipsis dānis, & interesse, ruit dominus, vel remanes condemnatus; tamen ego non teneor vltra duplum, & sic vltra scutos 200. quamuis ruina dominus, & damnum exiliij excedant pretium scutorum 500.

Ratio in ipsis omnibus exemplis est, quia mora, seu culpa nō habuit tēpore contractus aliud certum specificū obiectū, quām rem ipsam, seu quantitatē certā, ideoq; interesse remanet taxatum infra duplū, & non vltra.

Secus, si in casu huius quinti exépli mora habuisset pro specifico obiecto lucrū cessans, vt in casu, de quo inf. n. 101. & innui ēt n. 93.

Extēde primo eandem regulam, positam supra sub num. 69. vers. sit ergo. & sic exemplificatam, seu illud primum responsum dīctæ l. vnicæ. C. de sent. quæ pro eo, &c. quo disponitur vt interesse non possit excedere duplum; extende, inquam, vt habeat lo-

cum non solum in interesse singulare, vt priores omnes, vsque ad Rebuff. inclusuē restringere conati sunt, sed etiam in interesse commune extrinseco, vt omnes moderniores post Rebuff. testati sunt: & ad hanc extensionem contra eos, qui primum dictæ l. responsum restringunt ad interesse singulare moueor ex pluribus. Primo, quia restringunt non solum sine lege (cum in toto iure ciuili nulla fiat mentio nominatim de eo, quod singulariter interest) sed etiam contra verba, mentem, & totam seriem dictæ l. vnicæ, quæ simpliciter, & absolute vestit id, quod interest, duplum excedere; quæ simplex vetatio, cum sit indefinita, æquipollat vniuersali, & consequenter comprehensit tam quod singulariter interest, quam quod ultra similitudine quoquo modo interest. Secundo moueor ex dictione vniuersali negatiua, minime, qua illa lex visa est. Tertio, quia ex procœmio eiusdem legis, vnde colligitur finalis intentio, l. fin. ff. de hæred. instit. illa lex non ad paucas, sed ad infinitas dubitationes rescindendas fuit prolata: ergo non patitur restrictionem ad paucum, & quod raro accidit, contra sui procœmum, & contra l. 4. ex his. & l. 5. nam ad ea. ff. de legib. Quarto quia omnes fatentur, totum reliquum contextum loqui de toto eo, quod interest: ergo cur in illo solo versiculo tam varie? Quinto, quia Doct. ea ratione restringerunt ad interesse singulare, vt euitarent obiectum multarum legum, quibus probatur, deberi totum interesse, etiam si excedat duplum; sed hæc contrarietas tollitur sine hac restrictione, quia illæ ll. optimè conueniunt cum d. l. vnicæ, vt patet ex his, quæ diximus supra num. 73. & seqq. & infra nu. 94. & seqq. omnes enim illæ ll. reducuntur ad vnam consonantiam cum dicta l. vnicæ, adhibita distinctione, de qua supra sub nu. 69. vers. sit ergo. & infra num. 94.

Infero primo ex hac extensione, discedendum nobis esse à Gl. in d. l. vnicæ, in verbo, dupli. Bar. sub num. 27. Bal. nu. 23. vers. quæro quod interesse. & sub num. 26. vers. quid si promitto tibi. & Cagn. num. 58. & 62. ibi, prædicta opinio. dum, restringentes regulam, seu primum dictæ l. vnicæ responsum, scribunt ea l. comprehendendi solum interesse singulare: nam etsi hæc sit communis opinio, seu restrictio, vt testatur Cagn. d. nu. 58. & de communi, & veriori contra Dec. sub num. 76. vers. superest. tamen confuta-

tur ex his, quæ adduxi hic supra. 90 Infero secundo, quod sicut vana est restriction ad interesse singulare, vt dixi hic supra, ita etiam rei cienda est illa distinctio, quam, se mirum in modum torquentes circa intellectum saepè citatæ l. 14. iulianus. ff. de act. empt. faciunt inter interesse intrinsecum, & extrinsecum, seu intra rem, & extra rem, Cyn. in d. l. vnicæ, sub num. 5. in 3. opposit. dicens, quod illæ oppositiones, inter quas est oppositio de dicta l. iulianus. sunt multum corruptæ, & difficillimum est eas soluere, & num. 15. vbi dubitans, quod interesse appelletur extrinsecum, & quod intrinsecum, inquit, eundum esse in profundum pelagi, Bar. sub num. 7. vers. oppono tertio. & Rebuff. in gl. in verbō, dupli, num. 21. vers. quodam est interesse extrinsecum. dicens, hinc pendere leges, & Prophetas, & alij communiter, dum, vt soluant obiectum, quod ex d. l. iulianus. sumunt aduersus hanc regulam, confugiunt ad hanc distinctionem de interesse extrinseco, & intrinseco, de communi, de conuento, & de singulari; quæ sanè distinctio, de interesse intrinseco, est inutilis, & falsa, & à Glos. & Doct. sine lege conficta, in qua latè & turbulenter Doct. gladiantur non solum super definitione harum membrorum, sed etiam super effectibus, & exemplis eorum, & idcirco est ipsa distinctio, seu diuisio cum omnibus suis ambagibus, & intricationibus rei cienda.

91 Confirmatur primo hæc illatio, dum dixi, hanc distinctionem esse vanam, & falsam; quia etsi in iure reperiatur verbum, *interesse*, substantium, & verbum, *extrinsecus*, sitq; subiectum dispositioni multarum legum, loquentium de interesse, & ideo non abhorreat utrumque verbum coniungere; tamen hæc coniunctio fieri non potest in intrinseco, cum de eo nullibi reperiatur in iure: neque potest elici ex eius antitheto, *extrinsecus*, quia interesse est quid diuersum à re principali, & ideo semper est extra rem, eiq; non iesit, sed eam sequitur, tanquam accessio; quare qui remittit damna, & interesse, non censetur remittere rem principalem, Alex. conf. 168. requisitus. initio, num. 1. & seqq. lib. 2. quod non est in interesse intrinseco, quia est intra rem, ideoq; vti pars ipsius rei, seu saltem tanquam naturalis sequela venit appellatione ipsius rei; vnde hoc membrum est rei ciendum, & pro hac confirmatione faciunt declarationes, quas

quas posui supra num. 51. & 52.

92 Confirmatur secundo, quia Doctores nisi sunt confingere istas verbales distinctiones, vt se liberarent à contrarietate, quam ipsi arbitrabantur extare inter l. vnicam, C. de sent. quæ pro eo, &c. quæ non admittit interesse vltra duplum, & inter l. 14. iulianus. ff. de act. empt. & l. 8. venditor hominis. ff. de euict. quæ secundum eos admittunt interesse vltra duplum: sed ista contrarietas cessat, cum illæ leges concordent cum d. l. vnicam, C. de sent. quæ pro eo, &c. ergo cessare debent istæ conflictæ distinctiones: & quòd cessat, patet ex his, quæ remissiuè dixi supra sub num. 89.

93 Extende secūdo, vt quamvis interesse, de quo sup. n. 88. posset cōuerti in capitale, per ea, quæ dixi sup. nu. 33. & sub nu. 49. & ideo possit excedere duplum, si ex qualitate contractus, & qualitate creditoris illud interesse sit specificum obiectum, vt dixi inf. nu. 101. tamē in eodē casu, si deficiat hoc obiectum specificum, non potest excedere duplum.

94 Limita nunc eandem regulam, positam supra sub num. 69. vers. sit ergo regula. (& hæc limitatio erit secundum membrum distinctionis, qua vtitur Imper. in l. vnicam, C. de sent. quæ pro eo &c. & in terminis huius limitationis procedet secunda opinio, de qua supra num. 64.) vt non procedat in casibus, qui incerti esse videntur, quia in ipsis iudices, qui causas dirimendas suscipiunt, debent attendere, vt hoc, quod re vera inducitur damnum, reddatur, vt in d. l. vnicam, ibi, in alijs autem casibus.

Ratio huius limitationis est euidens, quia tantum operatur propositum in proposito, quantum oppositum in opposito; sed quando casus habent certam quantitatem, vel naturam, tunc interesse remanet taxatum infra duplum, per ea, quæ latè scripsi supra sub num. 69. vers. sit ergo regula. & seqq. ergo in opposito, quando non habent, non remanet taxatum, militante tunc ratione, de qua infra num. 97. vers. ratio.

Exemplifica primo hanc limitationem in casu, quo tu, recepto à me pretio, vendis tigna ad fulciendam domum meam, cuius imminentis periculum tibi est notum in contractu venditionis tignorum; tu postea, do-lo, & machinatione studiosa adhibita, ad mihi nocendum, & damnificandum, cessas tradere dicta tigna; vnde domus mea ruit, iste est casus interesse debiti, sed incertus

tum ratione dolii, tum quia dolus ille, siue causa, ex qua oritur hæc obligatio ad interessum, non respicit tigna, sed respicit, & pro obiectu habet specificum istud detrimentum domus meæ, rerumq; mearum, & sic casus est incertus, cum eius obiectum non versetur in re, habente certam quantitatem, vel naturam limitatam, sed circa aliarum rerum detrimenta, quarum nulla præexistit certa quantitas, vel natura; sed ex euentu, & diligenti inquisitione apparebit, & ideo interesse potest excedere duplum pretij tignorum, cum debeatur pretium estimationis totius damni, nempè ruinæ domus, l. 14. iulianus. initio, ibi, si verò sciens reticuit, & emptorem decepit. ff. de act. empt.

Infero, confirmando hoc exemplum, quòd si Titius sutori furaretur subulam, seu acum, qua vtebatur ad suendum, & mercedem lucrabatur, & aliam non haberet subulam, nec nummum ad aliam emendam, vel esset in angusto loco, vbi non venderentur, & propterea cessasset à lucro mercedis, Titius teneretur non solum ad duplū pretij subula, sed teneretur ad toram illā mercedem.

Nec posset Titius obijcere, quòd sutori, non laboranti, non debetur eadem merces, quæ debetur laboranti; cum merces debeatur propter laborem.

Quia respondetur, quòd isto casu adhuc debetur eadem merces, nulla habita ratione non laboris, vt in operario, coacto desistere ab opere, secutus sum supra §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. sub n. 86. alias si habenda esset ratio laboris, vtique subuerteretur penitus illatio.

Sub infero, apertius explicando illationem, vt quamprimum sutor potuerit emere, seu aliter iure habere aliam subulā, & is, vt sine labore mercedem lucretur, noluerit illam habere, cessen ex tunc furis obligatio ad mercedem propter impedimentum, quod sutori præstat, ne eam possit lucrari; sed non dicitur impeditus, qui de facili potest removere impedimentum, per ea, quæ in alijs terminis secutus sum in meo tract. de appell. q. 15. num. 158. & seqq. iunctis num. 156. & 157. esset enim impedimentum affectatum, seu voluntarium, de quo habenda non esset ratio, per ea, quæ in alijs terminis secutus sum in meo tract. de iudic. caus. lib. 2. cap. 9. sub num. 941. & seqq. & sub num. 973. & seqq. & quia vesci tenemur pane in sudore vultus nostri, vt retuli supra §. 1. q. 1. sub

num. 172. si vnam habemus viam ad laborem clausam, & aliam ad eum apertam, se qui debemus apertam.

95 Exemplifica secundo, quando tu bona quidem fide vendis, & tradis mihi dicta tigna, sed cum esses faber materialius, harum rerum peritiam profitens, aueruisti esse idonea ad fulciendum, vel construendum domum meā, quibus ego propterea usus sum ad fulciendam domum, quia isto casu, si domus propter tignorū vitiū ruit, vtique tu teneris mihi ad id, quod mea interest propter tuam expressam affirmationem, & etiam propter tacitam, resultantem ex tua professione, etiam quod non affirmasses expressè, esse idonea, & propter scientiam, quia tu scienter vendebas ad finem futuræ, & contignationis domus, & in imminenti periculo, & peristasi: causa ergo proxima, ex qua hoc casu obligaris ad interesse, non respicit tigna ipsa tantum, sed imò directè, & specificè respicit præsens præuisum, & expressè, vel tacitè suscepsum periculum domus meę, rerumq; mearum, sicq; casus est incertus, vt potè respiciens, & pro obiecto specifico habens incertum futurum periculum aliarum rerum ab his, quæ in contractu venditionis deductæ sunt, quæ, etiam si alioquin per se certæ essent, dicuntur incertæ, quia incertum est tempore contractus, an, & quota pars domus peritura sit: & huius obligationis obiectum non ad certam partem, & qualitatem refertur, sed ad tantam, quantam perijisse, & interesse euentus declarabit, & sic casus huius obligationis ad interesse est incertus, habens tempore contractus obiectum incertum futurum, & ita intelligere debemus l. 14. iulianus. ff. de act. emp. & consimiles; & ita intellectæ, tantum abest, vt discordent à l. vnicā, C. de sent. quæ pro eo. vt potius optimè quadrent & menti, & verbis illius, imò & ipsi legali æquitati, & naturali iustitiæ.

96 Exemplifica tertio, quando vascularius, vel faber doliatis vendidit, vel locauit vas, vel dolia, destinata ad recipiendum, & seruandum vnguentum, vinum, vel alium liquorē, qui vitio vasis effluxit, quia tunc iste vendor ultra remissionem, vel restitutio nem pretij, vel mercedis, tenerur etiam ad estimationem eius, quod inde perditum est, etiam si decuplo, vel trigesuplo exceedat pretium, aut mercedem vasis, etiam si vendor, vel locator non fuerit in dolo, sed

ignorās, & etiam si aliter expressè non affirauerit vas integrum, l. 21. sed addes. S. 1. ff. loc. quam cito etiam supra num. 81. in fine, vers. neque huic. quia etsi contractus, vel res, principaliter debita, non sit incerta, cum certam habeant naturam, sunt tamen incerti isti casus interesse, qui accidunt.

97 Ratio formalis, & naturalis, amica sensu tam in isto tertio, quam in præcedenti secundo exemplo, est culpa artificis, quæ non respicit ipsum solum corpus, principaliter in dispositionem deductum, sed respicit ab initio præuisum aliarum rerum periculum; artifex enī, seu aliis professor, & negotiator, si non semper expressè, saltem semper tacitè ipso facto affirmat, rem, pertinentem ad suam artem, dum eam vendendam tenet, esse integrum, & idoneam ad usum, ad quem est destinata: si ergo vitiosa illa res sit, ipse est in notabili culpa; & tanto notabiliori, & periculosiori, quantò magis publica, & in arte, & in professione sua.

Non obstat huic exemplo text. in d. l. sed addes. S. 1. vbi habetur, quod, si quis locauerit saltum pascuum, in quo herba mala nascebatur, ideoq; pecora vel demortuas sint, vel facta deteriora, locator, si sciuit, præstabit, quod interfuit, si verò ignorauit, pensionē non petet; & ab hoc textu non videtur discrepare l. 14. iulianus. ff. de act. emp. vbi si quis pecus morbosum, aut tignum vitiosum ignorans vendiderit, præstabit solum quanti minoris emptor emisset, si sciuisset.

Quia respondeo, quod in vasis, & dolis frequentius accedit imminere specificum aliarum rerum periculum extrinsecum, ad quod artifex intelligitur se obligare, vt dixi etiam supra num. 81. in fine; secus est in pecoribus, & tignis; quia is, qui ea vendit, non vendit ad certum specificum obiectum, in quo veniat periculum extrinsecum, nisi ad aliud specificum obiectum expressim vendisset, vt dixi infra num. 99.

98 Infero ex his, quod omnes illi causidici, aduocati, & iudices, qui ob eorum imperitiam lites magis intricant, multaq; ex illa intricatione causant damna, incommoda, & impensas; sicq; clientes, & litigantes laudent, tenerentur ad ea omnia damna; sed in praxi propter opinionum varietatem, & conflictum, quibus excusari potest imperitia, non seruatur, nisi tanta esset imperitia, vt posset æquiparari dolo, & consequenter ob

ob temeritatem condemnari possent, quod adhuc non seruatur, per ea, quæ dixi in meo tract. de appell. q. 19. remed. 4. nu. 4. & seqq. sed expediret Reip. vt non adeo laxæ darentur habenæ.

99 Exemplifica quarto in eo, qui vendit tignum vitiosum, seu pecus morbosum, tanquam idoneum ad certum usum, quia si non sit idoneum, & inde sequatur damnum, venditor tenetur ad id, quod emptoris interest, etiam si excederet duplum.

Neque obstat text. in l. 14. iulianus. ff. de act. empt. vbi quod vendens, ignorans tignum vitiosum, seu pecus morbosum, teneatur solum actione empti, quanto minoris 102 emptor emiserit, si sciuisse.

Quia respodeo, quod illud debet intelligi, quando vendit indifferenter non magis ad unum usum, quam ad alium; secus, ut in casu huius exemplificationis, quando vendit ex speciali professione artis, vel negotiationis, implicantis assertionem idoneitatis certi usus.

100 Exemplifica quinto in census debitore, 104 qui annuos census non soluit, (si istos annuos census interesse extrinsecum possemus vocare) quia isti annui census possunt proculdubio excedere duplum pretij census, dummodo aliqua præscriptio non obsterit.

101 Exemplifica sexto, (& attingo casum nostrum) in moroso debitore cambiorum, qui contraxit debitum cambiorum cum mercatore, seu solito negotiari in cambijs, & recambijs; & maximè in loco, vbi est paratus semper forus ad cambiendum, ut in ciuitate Genuæ, & sic concurrunt requisita, de quibus latè egi sup. §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 99. & seqq. quia tunc istud interesse cambiorum, & recambiorum potest excedere duplum totius pecuniae datæ cambio, vt in casu, de quo supra sub num. 33. vers. extende nunc. & ratio est, quia ab initio contractus ex qualitate tum contractus, tum creditoris casus habet specificum obiectum lucri cessantis, & damni emergentis, quæ sunt incerta, & pendent à futuro euentu; quare iste casus non habet specificum obiectum ipsam pecuniam, datam cambio, sed habet pro specifico obiecto lucrum cessans, & damnum emergens, de quibus contractantes senserunt in contractu, & ideo interesse potest excedere duplum, iuxta ea, quæ

in alijs terminis scripsi supra sub num. 94. & 95. in 1. & 2. exemplo; & ita passim sine difficultate seruant mercatores. Et quod interesse lucri cessantis possit duplum verè sortis excedere, & hoc sit illud interesse, quod prouenit ex re, & plus ex industria hominis, vt mercatoris, & alterius soliti negotiari, scribit Ber. cons. 193. ex facti serie. num. 21. ibi, quod interesse. lib. 1. & quod hoc interesse dicatur extrinsecum, & duplum excedere possit, eatenus, quatenus possit dici interesse, & hoc quando sumus inter solitos mercari, & negotiari, scribit ibidem, nu. 31. ibi, ex quibus.

Declara primo istud exemplum, vt procedat, docto de interesse, & de eius quantitate, quia pro ea quantitate debetur, pro qua fuerit probatum, & non ultra; alias, non liquidata quantitate, cessat obligatio, & multò magis cessat, non probato interesse.

Declara secundo, vt procedat cum temperamento, de quo §. præcedenti glos. 1. num. 88.

Declara tertio extendendo, vt præcipue procedat in interesse quanti plurimi, quod Doct. communiter vocant, intrinsecum, (quamvis non rectè, per ea, quæ dixi supra num. 91.) quia illud potest excedere duplum, Cagn. in l. vnica. nu. 5. C. de sent. quæ pro eo, &c. quare si post morā crevit aestimatio rei debitæ, & postea decrevit, habenda est consideratio huius lucri cōtra morosum, quod lucrum dicitur ipsius rei, Paul. de Castr. in l. 3. §. nunc de officio. in fine, num. 6. & Ias. sub num. 8. ff. de eo quod cer. loc. & ideo si tu fueris morosus in reddendo vino tibi mutuato, quod postea valuit decem aureis, & tempore sententiae valeat solum quartuor, iudex debet te condemnare ad restituendum totum vinum mutuatum, & ultierius ad sex aureos, vt ex Rebuff. secutus sum supra num. 28.

Declara quarto, vt non procedat in interesse conuento, quia illud recipit quantitatem à conuentione; vnde si in conuentione est taxatum infra duplum, non potest excedere duplum, quamvis verè esset maius duplo, secus si sit taxatum ultra duplum.

Pro subdeclaratione huius declarationis vide quæ latè scripsi supra §. 1. q. 7. par. 2. ampl. 8. num. 25. & seqq.

S. 7. Glos. 3.

Vel de quibus cambijs, & recambijs constet per partitam, scriptam in cartularijs S. Georgij, vel in cartulario cambiorum, aut per apodissam priuaram, vel per instrumentum publicum, &c.

S V M M A R I V M.

Cartularium quid sit, num. 1. Quot sint cartularia, num. 3. & seqq. Quod sit cartularium cambiorum, num. 30. Quare dicantur cartularia S. Georgij, nu. 7. Qui dicantur chartularij, sub num. 1. vers. infero.

Cartularij scriptura qualis sit, num. 6. & 31.

Cambij contractus in cartulario, num. 2.

Agere potest campfor pro cambio, etiam litteris cambijs non confessis, num. 8. Declaratur, nu. 9. & seqq.

Campsarius si promisit facere litteras cambijs, & non fecit, debet conueniri ad faciendas litteras, priusquam possit conueniri ad soluendum cambium, num. 9. Quid si ex camporis negligentia, vel campsarij mora non fuerint factæ, num. 10.

Executio si fuerit petita ex uno instrumento, non potest obtineri ex alio, in quo petitio non est fundata in illa instantia, & præsertim si statuto sit traditus diuersus ordo petendi executionem inter hæc duo instrumenta, num. 12. Extenditur primo, ut hoc procedat, etiam si aliud statutum disponeret, quod in causis ciuibus possit procedi sine ordine, &c. nu. 13. & seqq. Extenditur secundo, ut procedat etiam si à statuto non sit traditus diuersus ordo, sed solum sunt instrumenta de diuersis rebus, seu negotijs, num. 15. Restringitur, ut non procedat quando instrumenta non sunt separata, sed sunt correspiciua, ita ut unum stet ad corroborationem alterius, quia tunc non dicetur petita executio unius magis, quam alterius, num. 16. Et quando dicantur ita correspiciua, num. 28.

Procurator cum facultate ut possit accipere cambio tam suo nomine solo, quam una cum alijs, potest accipere cambio nomine sociali, & obligare socios in solidum, num. 17.

Verba, vna cum alijs, important societatem, num. 17.

Dictio, quam, posita post dictionem, tam, includit casum magis dubium, num. 18.

Verba instrumenti non debent stare superflue, num. 19. & seqq.

Correctio legum est euitanda, sub num. 14. Est rāmen ea potius, quam superfluitas toleranda, num. 21.

Superfluitas est toleranda, quando verba nihil possunt operari, num. 22.

Exceptio, proueniens ex uno capite statutorum, non intelligitur sublata ab alio statutorū capite, quo auferatur omnis exceptio, sub n. 14.

Mandatum procuratorum, factum filio à patre, quando includat facultatem, ut possit comparere in iudicio pro se ipso, num. 20.

Mandatum cum libera dicitur quando est data facultas, ut procurator possit facere quicquid posset facere dominus, qui procuratorem constituit, seu est ei data facultas ad votum, &c. num. 23.

Mandatum cum libera operatur idem, quod mandatum speciale, sub num. 23.

Procurator cum libera potest fideiubere ex iusta causa, num. 24. Et quæ dicatur iusta causa, ibidem, & sub num. 27.

Donatio remuneratoria non dicitur donatio, sed permutatio, ideoq; prohibita donatione, non dicitur prohibita donatio remuneratoria, n. 25

Donans ei, cui est obligatus antidoraliter, non dicitur donare, sed soluere debitum naturæ, sub num. 25.

Donans magistro, non dicitur propriè donare, sub num. 25.

Insinuatio non est necessaria in donatione remuneratoria, num. 26.

Alienatio rei ecclesiastice si sit prohibita, non dicitur prohibita, si fiat propter remuneracionem, num. 27.

Referens dicitur esse in relato cum omnibus suis qualitatibus, sub num. 28.

Correspiciuitas causat individualitatem, &c. n. 29.

Factum incontinenti dicitur inesse, sub num. 29.

Declarans non dicitur facere de nouo, sub nu. 29.

Exceptio non numerata pecuniae an habeat locum contra extractum cartulariorum Sancti Georgij, num. 33. & 34.



VAERO primo quid sit cartularium?

Respondeo. cartularium, de quo loquitur hoc statutum Genuæ, est liber, in quo Bancum Sancti Georgij scribit data, & accepta inter creditores, & debitores, qui inter